positio esse: qz solus indicatiuus de se ē assertiuus determinate veritatis vel falsita tis. Infinitiuus aut̄ nō enumerat inter orōes pfectas: qz nō importat rem certā et determinatā. vñ ponit̄ sine numeris et personis.

Propositio est orō: rē.

Hic auct. diffinit̄ ppōem seu enūciationē dicēs q̄ ppō est orō vez vel falsū significās in dicādo. Ad cui⁹ euidētā notādum q̄ alr h̄ diffinit̄: r̄ alr i li. posterior. Ibi eī diffinit̄ fm̄ ppam rōem ppōis inq̄ntū sez ponit̄ i pmissis ad inferēdū cōclusio: nē: h̄ic at̄ capit̄ p enūciatōe: sez pur a: liq̄d in ipa x̄e vel false dicit̄ de alio. Itē

Notādū q̄ ppō p̄t capi duplr: vno mo pilla secūda intētōne q̄ cōsistit i cōpōne duoz pceptoz: siue il la duo sint idē fm̄ reat: siue diuersa. Tri tur enī quādoqz intellectus vno vt duo bus componem formās: vt hō ē homo. Alio mo p fundāmēto cōcepto sub illa secūda intētōe. Alteri⁹ notanduz q̄ orō etiā pōt accipi p illa secūda intētōe q̄ est relatio siue habitudo signi ad signi ficatū. Alio mo p voce complexa i qua fūdat̄ talis relatio. Itē notādū q̄ ve: ritas fm̄ Sco. 6. meta. ē duplex: qdā in reb⁹: et qdā in intellectu. Veritas in reb⁹ vno sumit̄ i se r̄ absolute scdm rē: r̄ talis dicit̄ cōformitatē pducti ad pro: ducēs: r̄ sic fili⁹ gnatus ab aliquo d̄r eē ver⁹ fili⁹ ei⁹ qñ est sibi cōformis. Alio sumit̄ veritas in re p comparōnē ad intel lectū: r̄ sic res d̄r vā inq̄ntū ē intelligi: bilis seu manifestaria sui intellectui po: tētī eā intelligere vel cognoscere: et sic veritas est passio entis: et de his nihil ad ppositū. Veritas x̄o in intellectu de q̄ in pposito est pformitas p̄dicari ad sub lectū seu conformitas intellectus com: ponētis seu diuidēntis ad ipsā rem: vel sub alijs verbis: Veritas est adequatio rei ad intellectū: falsitas aut̄ est difformi tas vel inadēq̄tio. Lū enī p intellectum cōponitur ea q̄ sūt opposita i re ē veritas

Tractatus De ppositione cathgorica

vñ cū diuidūtur ea q̄ sūt diuisa. Falsitas
 at cū cōposita diuidūtur: l' diuisa cōponūt
Notādū q̄ lz p̄pō hic possz disti-
 ri p̄ secūda intēōe vñ p̄ sū
 damēto sub illa secūda intēōe accepto:
 vt dcm̄ ē in distiōe noīs: qz tñ logica
 p̄ se p̄siderat sc̄basitēōes: p̄mas at nō
 p̄siderat nisi i ordie ad secūdas meli' ac-
 cipit p̄ secūda intēōe. ¶ Itē notādū q̄
 sc̄da intēōe quā sūt p̄pō h̄ disti' i p̄creto
 put. s. p̄cernit r̄loez cū sūdāmēto: sic dī-
 ctū ē i disti' noīs. Itē enī sc̄bis intēōe
 nīb' p̄nt assigni ḡna r̄ dr̄nie: vt dē Sco.
 1. di. 4. sē. r̄ tūc gen' ad p̄pōez erit ordō
 sūpra p̄ bitudie signi ad significatōem. sūpra
 at p̄ voce cōplexa erit sūda illi' rela-
 tōis sicut subī' m̄ p̄dica' q̄ adinutēcē cō-
 ponūt. Significare at̄ vey vel falsum
 pōit loco dr̄nie. s. pōit ad d̄nam d̄cōnū
 q̄ lz significēt res: tñ n̄ ē ibi v̄itas vñ fal-
 sitas d̄ q̄ intēdit logic' q̄ sez p̄sistit in cō-
 pōe r̄ d̄ione. An̄ dē Arj. q̄ p̄coceruus
 sūgat vey vñ flm̄: nisi addat eē vñ nō eē.
 .i. affirmatō l' nē'. p̄pōit etiā ad d̄nam
 ordōnū ip̄sc̄ā: vñ etiā p̄sc̄āz aliaz ab idī
 catia q̄ n̄ sūcāt vey vñ flm̄ dēmiatē nisi
 q̄tū reducūtur ad ip̄am. Res aut̄ sūcā
 pōit p̄ correlatiō. Habem' itaqz gen' r̄
 d̄nam illi' r̄latōis quā dīc' p̄pō r̄ fun-
 damētū r̄ terminū q̄ cōiter ponūt i dis-
 finitōib' r̄loez: r̄ sic possēt adaptari disti-
 nitōes intētionū q̄s logic' p̄siderat: qd̄
 leōzi sagaciōis relinū: lz at nō eēt necēriū
 pōere illā p̄ticulā indicando: pōit tñ ad
 maiorē exp̄sionē. ¶ Cōtra p̄dicta argui-
 tur triplr. p̄mo sic sc̄ba intēōe n̄ ē i ḡne
 q̄ n̄ p̄t disti'ni. p̄na ē nota. p̄bat añs: qz
 p̄dicamēta sūt entia realia ex 5^o meta. se-
 cūda aut̄ intēōe ē ens rōis. Itē ista disti-
 nitō dat p̄ vey r̄ flm̄ q̄ sūt passiōes p̄pō
 sitōis: q̄ n̄ ē bona. añs ē notū. p̄bat p̄na
 qz disti'ntio d̄z dari p̄ dr̄nias essētiales.
 Itē ista disti'ntio dat p̄ cōiūctōez disti'ntiā
 ḡnō ē bōa. añs ē notū. p̄bat p̄na: qz cōi-
 iūctio disti'ntiua cōiūgit diuersas: p̄tes
 aut̄ disti'ntiōis sūcāt vñ p̄ se. R' ad p̄-
 mū qñ dī q̄ ens rōis cuiusmōi ē sc̄ba in-
 tēōe nō est in ḡne: Dico q̄ lz r̄latōnes

rōis nō sint in ḡne r̄latōis p̄ se: p̄nt tñ
 denominatiue ad ip̄m reduci s̄m Sco.
 tū. 8. dist. 3. sen. r̄ sic suo mō p̄nt habere
 gen' et dr̄nias. ¶ Ad secūda quādo dī
 q̄ verū et falsū sūt passiōes p̄positōis
 pōt dici q̄ sepe p̄ passiōes circūloq̄mur
 dr̄nias cēntiales: que s̄m Boetū sunt
 nobis ignote. Est aut̄ circūlocutio dicti-
 onis nobis deficiētis p̄ alias d̄cōes sup-
 p̄to. ¶ Ad terciū eodē mō p̄t dici q̄
 p̄ istud disti'ntū vey vel falsū circūloqui-
 mur differētia cēntialē vel ignotam.

Deinde diuidit auctor p̄positiōem in
 cathgoricā et p̄p̄theticā: r̄ est ista di-
 uisio penes substātiā p̄positiōis: qz sū-
 mit ab eis ex quib' componit p̄positio.
 Est aut̄ p̄p̄thetica composita ex pluri-
 bus cathgoricis: vt Soztes currit r̄ pla-
 to disputat. Cathgorica vō est illa que
 habet vñ subiectū et vñ p̄dicatū: tāqz
 p̄ncipales p̄tes sūt: vt in hac p̄positiōe
 homo currit: hoc nomē homo ē subiectū
 et currit ē p̄dicatū. Dicit aut̄ currit p̄di-
 catū: qz magis se tenet ex p̄te p̄dicati:
 qz res impo: r̄ata p̄ ip̄m: sic oratio se tenet
 ex parte p̄dicati. Ande currit inclu-
 dit illam copulam est cum p̄dicato: qd̄
 patet in resolūendo. i. est currens: et dī-
 cit a cathgorizo as: qd̄ idēz ē qd̄ p̄dico
 as. An̄ cathgorica. i. p̄dicatiua vōno-
 minat a p̄dicato: qz a digniori debet sic-
 ri denominatio: p̄dicatū vō ē digni' aliq̄
 mō: qz h̄z rōem forme: subiectū vō rati-
 onē materie. Materie nanqz est subici:
 forme vō inesse vñ inherere. Cum ergo
 p̄dicatū insit subiecto habebit rōem for-
 mē.

Sed contra p̄dicta arguitur

r̄ videt q̄ illa diuisio non sit bona: quia
 ps nō distinguit d̄ totū. Cathgorica at̄
 ē ps p̄p̄thetica. Itē mēbra diuidētia n̄
 euacuāt totū ābitū diuisi: q̄ diuisio nō ē
 bona. p̄na ē nota. p̄bat añs qz diuisū ex-
 cedit mēbra diuidētia cū sit aliq̄ p̄pō q̄
 nec ē cathgorica nec p̄p̄thetica: vt hō
 currit q̄ mouet: r̄ sic d̄ multis alijs. Itē
 enī est cathgorica cū nō habeat tantū
 vñ s̄bū r̄ vñ p̄dicatū. nec p̄p̄thetica
 cū nō sit ibi p̄iunctio plūgēs duas p̄pōes

Responsio ad primum ^{quan- do di-}
 cat q̄ cathegonica est pars ypothetice:
 Dico q̄ cathegonica et ypotetica possūt
 capi dupliciter: Uno modo materiali-
 ter alio mō formalit̄. Si capian̄ mate-
 rialiter scz p̄ ip̄is term̄is vel p̄positōi-
 b̄: sic cathegonica ē p̄ ypotetica: et hoc
 mō nō otra distinguūt. Si vero capian̄
 formaliter: sic sūt duo mēbra distincta q̄ n̄
 coincidunt in idē. Cathegonica enī ē q̄-
 dā secūda intēctio que cōsistit in cōpositi-
 one vni⁹ subiecti ad vni⁹ p̄dicatū: ypo-
 tetica vero ē cōpositio vni⁹ ppōis cū alia.

Ad secundū q̄ dicit̄ q̄ illa homo
 currit q̄ mouet nō est
 cathegonica nec ypotetica. Dico q̄ est
 ypothetica. Illud ē retatiū q̄ implicat:
 id ē int̄plicat: seu implicite includit cō-
 iūctiōe copulatiuā cū aliq̄ p̄notē. An
 cū d̄r hō currit q̄ mouet: s̄c̄i⁹ ē q̄ hō cur-
 rit et ille mouet. Alteri⁹ d̄r auctor q̄ s̄b-
 iectū ē illud d̄ quo aliquid dicit̄. s̄. p̄dica-
 tū. et p̄dicatū est qd̄ d̄r d̄ alio. s̄. d̄ subiec-
 tū.

Notandum q̄ subiectū et
 p̄dicatū sūt correlatiua
 ideo vni⁹ diffinit̄ p̄ aliud. sicut maḡ de
 terminat̄ in p̄dicamēto de ad aliquid.
 An subiectū et p̄dicatū p̄nt sumi duplici-
 ter: vno mō materialiter: vt in illa p̄po-
 sitiōe: hō est aīal: hō ē subiectū: aīal nō
 p̄dicatū. Alio mō formalit̄: et sic impo-
 nit̄ duas secūdas intēctōes v̄l relatōes
 rōis: secūda enī intēctio quā imp̄tat sub-
 iectū significat p̄ hoc qd̄ est subiecti res-
 p̄ctū alteri⁹ natural̄ posite: Illa nō q̄ im-
 portat p̄dicatū ē dicit̄ l̄ p̄dicari d̄ alio.

Notandum q̄ subiectū potest ca-
 pi octo mōis. Primo
 mō p̄ obiecto. Secūdo p̄ famō. Tertio
 p̄ illo qd̄ pōit̄ sub alio. Quarto: p̄ illo
 cui inheret aliq̄d. Quinto: p̄ illo qd̄ p̄ce-
 dit copulā. et sic sumit̄ h̄. Sexto p̄ subie-
 cto p̄pe passiōis. Septimo p̄ inferiori
 respectu superioris quod logic⁹ vocat sub-
 iectū: vñ dicit̄ de subiecto est p̄dicari de
 inferiori: ergo p̄ subiecto art̄s v̄l sciētie.
 Unde verius. Obiectū n̄na positiū sub

cui qd̄ inheret. Quod p̄us est copula p̄
 prij logicaliter infra. Quod simul ars et
 habet bis sunt subiecta quaterna.

Propositionum alia. rē.

P Diuisa p̄positiōe penes sub-
 stantiā: p̄sequēter auctor diuisi-
 dit̄ ip̄as q̄ntitatē ad q̄ntitatē
 vicz ī vniuersalē et p̄ticularē: indefinitā
 et singularē. Vniuersalē ē illa ī q̄ subiectū
 termin⁹ cōis signovli determinat⁹. vt oīs
 hō currit. Sūt aut̄ signa v̄lia. oīs. null⁹
 quilibet. nihil. et filia. Ad cuius euidē-
 tiam: sciēdū q̄ signa vniuersalia et p̄tici-
 laria sunt quedam sinca thegoremata.

Notandū q̄ qdā d̄cōes dicūt̄ ca-
 thegorematicē: et qdā sinca
 thegorematicē. Sūt aut̄ d̄cōes cathē-
 gorematicē q̄ h̄nt certā siḡcatōes. Siḡcat̄
 ei rē v̄lez et p̄ticularē vt hō: equ⁹: nigre-
 do albedo: fortes: et plaro. D̄cōes sinca
 thegorematicē cuiusmōdi sūt signa v̄lia et
 p̄ticularia et cōiūctōes et p̄pōes et huius-
 mōdi significat̄. i. designat̄ alijs adicere
 terminū cui addit̄ur mō determinatō sup-
 ponet̄: vñ hoc signū oīs sc̄dm̄ Bris. i. i.
 pyermenias n̄ significat̄ rē v̄lem: s̄ qm̄
 v̄l. i. designat̄ terminuz cui addit̄ sumi
 pro omnibus suis suppositis.

Notandum insuper q̄ diffinitio p̄
 positōis vniuersalis
 sic debz intelligi: ppō vniuersalis est il-
 la ī q̄ subiectū termin⁹ cōis cōit̄ t̄r⁹ deter-
 minat⁹ signo v̄li n̄ negato: vel aliquo eq̄-
 ualētī: p̄ hoc q̄ cōiter t̄r⁹ excludit̄ ista:
 oīs istī homīes currūt: qz homīes nō
 tenet̄ cōmunit̄ sed singulariter rōne hu-
 tus p̄nominis istī: p̄ hoc q̄ d̄r signo vni-
 uersali non negato excluditur ista: n̄ om-
 nis homo currit: que nō est vniuersal̄ s̄z
 particula: rōe negatiōis p̄posite illi sig-
 no omnis: negatio enī quicquid post se
 inuenit̄ destruit: et oppositiū eius ponit̄.
 Et ideo si inueniat̄ signū vniuersale: fac̄
 ipsū particularē. Per hoc nō qd̄ dicit̄
 v̄l aliquo equalent̄: ista ē vniuersalis:
 non quidam homo non currit: equiva-
 let enim istī: omnis homo currit.

Tractatus De quantitate ppōis p̄ticularis

Notandū est deinde: q̄ duplex est subiectū: quoddā ē subiectū distributionis: cui sc̄z addit̄ signum distributiū: et respectu illius subiecti ista propō: cuiuslibet hoīs asin⁹ currit ē v̄lis: et etiā filis. Aliud est subiectū locutionis seu enūciationis: et respectu illius dicta ppō est indefinita: et istud s̄b iectū p̄ncipaliter intendit̄ in ppōe: idō talis ppō simpliciter p̄t̄ vici indefinita

Sciendū v̄terius q̄ hoc signū omnis potest capi dupliciter sc̄z distributiue: vt om̄is homo currit: tunc enī termin⁹ cui additur distribuit̄ p̄ omnibus suis suppositis: ita q̄ p̄dica tū dicitur de quolibet supposito sigilla tim. Alio mō collectivē: vt omnes apli sunt duodecim: id ē apli cōgregati sunt in numero duodenario. An̄ nō sequit̄: ergo petrus est duodecim: vel iohānes.

Sciendū etiā q̄ hoc signū tot⁹ potest capi dupliciter: vno mō cathegorematicē: et sic est idem qd̄ habēs partes: vel cōstituit̄ ex p̄tib⁹. Alio mō sincathegorematicē: et sic tātū valet sicut quilibet pars. Sic enī includit̄ id sincathegorema quilibet: et sc̄dm hoc potest exponi illa propositio: totus sortis est minor sorte. si enī sumat̄ ly totus sincathegorematicē: sensus est: q̄ q̄libet ps sortis est minor sorte: et tunc est vniuersalis et vera. Si vero sumat̄ cathegorematicē: sensus ē: q̄ sortis cōstitutus ex partibus est minor seipso: et sic est singularis et falsa.

Notandū insup q̄ quātitas ppōitionum sumitur a parte subiecti: q̄ subiectū habet rationē materic: materiā autē cōse iuit̄ quātitas fin qd̄ ei p̄ponit̄ signū v̄le v̄l p̄dicare. Ad aut̄ ponitur signū a parte p̄dicati: q̄ fm̄ Aris. li. pyrrhētiā: affirmatio est illa id est falsa in qua p̄dicat̄ vniuersale vni ue. saliter sumptū. Unde hec est falsa: animal est oīs homo. q̄ cū animal supponat̄ determinate p̄ hoc animal vel illo: tūc aliq̄s determinatū animal esset om̄is homo. Et sic sor. eet̄ plato: et guilielm⁹ cicero.

Et si arguat̄: ista ē v̄a: oīs hō ē animal & animal ē oīs hō. p̄bat: q̄ nomia et v̄ba trāsp̄osita idē significāt. R̄ q̄ licet significēt idē: non tñ eodē mō. An̄ in p̄ma ly animal supponit̄ cōfuse tñ: ita q̄ nō p̄t fieri defectus ad singlaria: sc̄dm Icorū. 22. dist. p̄. sen. In secūda at̄ supponit̄ determinate si v̄terit⁹ arguat̄ q̄ illa ē v̄a: om̄is hō ē oīs hō: cū sc̄dm Boe. nulla sit v̄rior p̄dicatō q̄ illa in q̄ idē p̄dicat̄ de se ip̄o: et tñ h̄ p̄dicat̄ vniuersale vniue. saliter sup̄tū. R̄ q̄ illa ē falsa: nec p̄dicat̄ ibi idē de seipso: s̄z oīs hō de qlibet indiuiduo hoīs: cū subiectū distribuat̄. p̄ qlibet indiuiduo. An̄ sensus ē: q̄ sortes ē oīs hō: et plato ē oīs hō: et sic de alijs: q̄ oēs sūt false. Ex f̄ mis̄ p̄z d̄k̄ v̄lis.

Declarat̄ p̄r̄ auc. qd̄ sit̄ fm̄ cōis. d.
Termin⁹ cōis ē ille q̄ apt⁹ n̄r⁹ est p̄dicari de plib⁹: vt hō de sor. et pla. Ad hoc q̄ termin⁹ sit cōis nō requirit̄ q̄ actu p̄dicet̄ de plib⁹: s̄z sufficit q̄ n̄ repugnet̄ sibi ex impositōe suar: et ideo lz plures termini vt sol et luna: et sic de multis alijs nō p̄dicet̄ actu de plib⁹: cū n̄ habeat̄ nisi nū suppositis: sūt tñ oēs termi cū nō repugnet̄ eis capi p̄ plib⁹ si esset̄: cū imponat̄ a qlitate plib⁹ cōicabilib⁹.

Notandū insup q̄ ad hoc q̄ terminus sit cōis oportet q̄ p̄dicet̄ vniuoce de plurib⁹. An̄ lz iste terminus sortes vniue. saliter p̄dicet̄ illo noie vocatis: tñ n̄ ē cōis cū n̄ vniuoce p̄dicet̄ d̄ ill Sola enī dictio ē illis cōis: nec vniue. saliter in aliqua cōi rōe sumpta fm̄ idē nomē. Oportet etiā q̄ termin⁹ cōis p̄dicetur de pluribus diuisim: et ideo hoc cōplexū v̄li hoīs nō ē termin⁹ cōmunit̄: cū p̄dicet̄ de plib⁹ iunctis et n̄ diuisim.

Cōsequē au. difinit̄ ppōz p̄ticularē.

Propō p̄ticularis est illa in qua subiectū termin⁹ cōis signo p̄ticulari determinatus: vt qd̄ animal currit. et debet intelligi de signo p̄ticulari nō negato: sic dicebat̄ in difinitione signi v̄lis rōne eq̄ pollētariū: de q̄bus dicebat̄ postea. Sunt aut̄ signa p̄ticularia: aliquis: quidam:

da: alter: reliquis: q̄ scz faciūt terminuz cui additur teneri p vno supposito ⁊ de terminata tñ ⁊ distinctim: vt qdā hō currit: ergo fortes vñ lohānes currit. vñ plāto. ⁊ sic d̄ alijs.

Propositio indefinita ē illa

in qua subiecti termin⁹ cois sine aliquo signo: vt hō currit. ⁊ dicitur indefinita: id est indeterminata. quia terminus sumptus sine sig no nō determinatur ad aliquā suppoem. Potest enī aliqñ supponere simpliciter p natura cōmuni: vt hō est spēs: aliqñ psonaliter p supposito: nate vt hō currit: aliqñ materialiter p illo termino hō: vt hō ē dicitio distilla. Ex q̄ patet q̄ nō sūt oīnino idē: ppo indefinita et particularis: qñ enī termin⁹ cōi additur signū particulare: tūc determinat ipm ad standū psonaliter nisi competet ad aliqd prinēs ad significatū: vñ illa ē falsa: ali quis hō est ipēs: Si tamē competet ad aliqd prinēs ad signū: tūc supponit materialiter: vt aliq̄s hō cōponit ex termino cōi et signo particulari. Et notādū q̄ licet iste termin⁹ hō sit nomē appropriatū ad significandā naturā humanā ⁊ non alias naturas: illa tñ ppo hō est spēs nō est singularis sed indefinita: qz illa natura ē cōicabilis multis indiuiduis: et ī ipis plurificabilis: nō sic ē de illo qd̄ importat p terminū singularē vñ discretū.

Notandū insup: q̄ licet illa ppo: sit hō ē dicitio distilla: ⁊ cōsiles: in qb̄ subm̄ supponit materialiter p se vel sibi sili ī voce vel ī sc̄pto: possunt dici indefinitae ppter cōueniētā quā habet termin⁹ sic sumpt⁹ cū termino cōi: qz tñ nō ē verē termin⁹ cois cum vt sic nō dicat aliq̄ cōcep̄ n̄ cōem plib⁹: ideo verius possunt dici singulares.

Notandū etiā q̄ ista hō q̄ est fortes currit est singularis: qz licet ibi ponat termin⁹ cois sine signo: tñ restringit p illā implicatōnē q̄ ad stādum pro supposito determinato.

Propositio singularis est illa ī qua subiecti terminus discretus: vt for-

tes currit: vel termin⁹ cois sumptus cū pnomie demonstratio: vt iste hō currit. Est autē termin⁹ discretus qui est aptus natus p̄dicari de vno solo: vt fortes. Et patet hoc ex dicitis que dicta sunt ī distinctione termini cōmuni. Dicit autē terminus singularis et discretus qz significat rem suā ab alia discretā siue distinctā et separatā. Si querat: quanta est ista: vterq̄ istoz currit: Dico q̄ est vnica uersalis: ibi enī intelligit termin⁹ cōmuni: scz homo et huiusmodi.

Consequenter diuidit auctor ppositionē penes q̄ritatē: vix in ppositionem affirmatiuā et negatiuā. Dicitur autē hec diuisio fieri penes qualitātē: qz qualitas consequit formā: si cut affirmatio et negatio principaliter respiciūt p̄dicatum qd̄ habz rōem forme. Vel qz affirmatio et negatio sunt differētie essentialis p̄pōnis que habēt modū q̄ritatē. Est autē ppositio affirmatiua illa in qua p̄dicatū affirmatur d̄ subiecto: id est res importata p̄ p̄dicatum denotatur inesse subiecto. Unde affirmatio est quedam compositio intellect⁹ cōponētis p̄dicatū cū subiecto: ac p hoc denotat res importatā p̄ p̄dicatū vniri cum re importata per subiectum.

Propositio negatiua est illa in qua p̄dicatū remouet a subiecto: id ē res importata p̄ p̄dicatū denotat remoueri a re importata p̄ subiectum. Est enī negatio quedā diuisio intellectus diuidentis siue separantis vnū ab alio. Deī auctor ponit triplex q̄sitium p qd̄ querimus de ipa ppo. s. **Que: Qualis: ⁊ Quanta.** Que querit de substantia p̄positionis: est enī questitiū substantie. **Quanta** nō est questitiū quantitatis: ⁊ ideo querit de q̄ritate p̄positionis. **Qualis** autē est questitiū de qualitate p̄positionis: et ideo querit de qualitate p̄positionis: vt patet per hūc verbum. **Que ca. vel pp. qualis ne vel af: v. quanta: per in fin.**

Tractat⁹ De ppetatib⁹ ppōnū: et de oppōib⁹.

De ppetatibus ppōnum

I Rem ppositōnū rē.

Hic auctor incipit determina-
re de quibusdā ppetatib⁹ ppo-
sitionum: cuius modi sunt oppositō: con-
uersio et equipollentia: que cōueniūt p
positōnibus scdm mutā comparationez.
Ad quarum cognitiōnem pemitit du-
as diuisiones: quarū prima ē: q ppositio
nū categoricarū quedā participat vtro-
qz terminō: que scz hnt idē subiectā r idē
pdicatū: vt homo ē aīal. hō nō est aīal.
Dicatur aut subiectū et pdicatū terminū
ppōis: qz sūt duo extrēa ipā n terminā-
tia. Alie vō picipāt vno terminō tñ: vt
hō currit: hō mouet: pueniūt em ī sub-
iecto et nō ī pdicato. Alie vero nullo: q
scz nec idē subiectū hnt nec idē pdicatū.
vt homo currit. equus mouetur. rē.

Pro quo notandū q due p-
positiones dicuntur picipare vno termino: nō q sic
simpliciter eadē vox in numero in dua-
bus ppōnib⁹. qz vt dicit aristo. in p dica-
mentis. Ad sententia dicitur ē: amplius resu-
mi nō dicitur. An quot sūt platōnes: tot sūt
voces numero distincti: tñ sunt idem nu-
mero per equiualētiam qntū ad finē vo-
cis. s. ad expmēdū mētis cōceptū. Ea-
dē ei res pcepta p ipas expmūt: scdm
scotū. dist. 2. scōl. sen. Secūda diuisio ē
**Propōnū picipatiū vtroqz ter-
minō** qdā ei picipāt fm eūdē ordinē: qñ
vtrū illud qd est subiectū ī vna ē subie-
ctū in alia: et qñ illud qd ē pdicatū ī
vna est pdicatū in alia: vt hō currit: hō nō
currit. Quedā vero picipāt ordie con-
uerso: qñ scz qd est subiectū ī vna: est p-
dicatū ī alia: et qd ē pdicatū ī vna ē sub-
iectū ī alia: vt homo ē aīal. aīal ē hō.

His pmissis agit auctor de oppositōe
ppositionum: q est repugnantia duarū
ppositionū in qntitate vel qntitate: dicitur:
q ppositionū vtroqz terminō picipatiū
scdm eūdē ordinē quedā sūt contrarie:
qdā subcontrarie: alie cōtradictorie: alie

subalterne. Contrarie sūt vniuersal affir-
matua et vniuersalis negatiua eiusdē
subiec i et eiusdē pdicati: vt oīs hō cur-
rit: null⁹ hō currit. Subcontrarie sūt pri-
cularis affirmatiua r particular negatiua:
vt qdā homo currit: qdā hō nō currit: r
dicatur subcontrarie: qz ponunt sub ptra-
rijs. Contradictorie sūt vniuersalis affir-
matua et particular negatiua: vniuer-
salis negatiua et particular affirmatiua:
vt oīs hō currit: quidā hō nō currit. nō
hō currit: quidā hō currit. Subal-
terne sūt vtrū affirmatiua r particular affir-
matua. vniuersal negatiua et particular
negatiua. vt omnis homo currit: quidā
homo currit: nullus homo currit: quidā
hō nō currit. Et videtur subalterne qz
vna ponit sub alia. s. particularis sub vni-
uersali.

Sciendū ad euidētā pōteroz qz
hoc q pōtes opponatur
mlta requirūt pōteroz q picipēt vtroqz ter-
minō scdm eūdē ordinē. vt piz in pcedē-
tibus. Scōdo q nō sumant significatiue r
nō materialiter. Et ideo ille nō opponū-
tur: oīs hō est termin⁹ cois signo vni-
uersali determinat⁹: r qdā hō est termi-
nus cois signo particulari determinatus.
Tercio q termini teneant eoz ample r
eoz stricte. An iste: oīs hō currit: r nō
hō currit nō opponuntur: nisi ly
homo in pma restringatur ad standū pro
viris: sicut restringitur ī secūda per ly
nullus qui est masculini generis sub ista
terminatione us. Si enī in prima ly ho-
mo stare pro mulieribus: et ī secūda p
viris: ambe possent simul esse vere. Itē
quarto requirit q termini supponāt eo-
dez genere suppois. Unde iste nō oppo-
nuntur: sed sunt simul vere: Syllogism⁹
est subiectus ī logica: et nullus syllogis-
mus est subiectum ī logica. qz in pma
syllogismus supponitur simpliciter: ī se-
cūda vero personaliter ratioe illi⁹ sig-
ni nullus. Oppositōes supradicte lucu-
lenter innotescūt per figuram sequen-
tem.

Dis hō
currit

Contrarie

null⁹ hō
currit.

Contra

exclusio

Subalternē

Subalternē

dictio

dictio

Quidā
hō currit.

Subjctē

Quidā homo
nō currit.

De materia propositionum

Propositionū triplex ē

materia: rē. Postq̄ auctor
determinauit de oppōne ppo-
sitionū: hic consequēter deter-

minat de lege seu natura earum. Ad
cuius euidētiā sciendū q̄ triplex est
materia ppositionū: scz naturalis: con-
tingens: rē remota. cuius diuisionis sus-
ficiētia sic p̄t haberi. p̄dicatū em̄ ppōis
p̄uenit subiecto vel repugnat. Si p̄mo
hoc ē dupliciter: qz v̄t p̄uenit necessario
sibi: et sic ē materia naturalis: vel cōtin-
gētē: et sic ē materia cōtingēs. Si secū-
do mō: sic ē materia remota. Circa qd̄
notandū q̄ materia sumitur hic p̄ quā-
silitudinē ad materiā in naturalibus.
Materia em̄ s̄m Arist. 2. phis. est ex q̄
cū aliq̄ aliqd̄ fit. qz igit̄ ppōes cōponū-
t̄ ex termis. s. ex subo r̄ p̄dicato: subiectū r̄
p̄dicatū s̄m materia ppositionū: r̄ in ip̄-
sa resoluitur: ideo subiectū et p̄dicatū
v̄n̄ materia ppositionū. Itē sicut mate-
ria est in potentia ad formā: sic subiectū
et p̄dicatū s̄m i potētia respectu vniū-
t̄is r̄ cōpositōis designate p̄ copulā q̄ ē ip̄i⁹
ppōis forma: licz aut̄ p̄dicatū se habeat
v̄t forma respectu subiecti: hoc tñ nō ob-
stāte v̄rū q̄ se hz v̄t materia respectu p-
positōis vel cōpositōis: nec hoc ē in cō-
ueniēs: v̄t patet in naturalibus. Cōsti-

tutū em̄ ex materia et forma corporeita-
tis ē potētiale respectu v̄lti actus: s. aīe
v̄t diffuse declarat Sco. 11. dist. 4. sen.
Est aut̄ materia naturalis: in q̄ p̄dicatū
est de eētia subiecti: v̄t hō ē aīal: vel
hō ē rōnalis: vel ē ei⁹ p̄p̄a passio: v̄t hō
est risibilis. et notāter dicit materia na-
turalis: qz res importata p̄ p̄dicatū iclu-
dit̄ intrinsece in natura rei imp̄tate per
subiectū: sicut genus et v̄rūia: v̄t aīal et
rōnale q̄ se h̄nt v̄t materia et forma iclu-
dūtur in hoīe: vel necessario consequitur
ei⁹ naturā: sicut risibilitas necessario cō-
sequit̄ rōnabilitatē. Materia p̄tingēs
est illa in q̄ p̄dicatū p̄t adesse vel abesse
subiecto p̄ter subiecti cor̄ruptiones: v̄t
hō p̄t esse albus r̄ nō albus: nō q̄ sit si-
mul sed successiue. Materia remota est
illa in q̄ p̄dicatū nō p̄t p̄uenire subiecto
v̄t hō ē asinus: natura em̄ asini est repu-
gnans nature humane.

Circa predicta notandum

q̄ affirmatiua r̄ negatiua s̄nt in eadem
materia cū sit idē subiectū r̄ idē p̄dicatū
in v̄traq̄: v̄t hō ē aīal: hō nō ē aīal. Et
si arguit̄ q̄ ista hō nō ē aīal sit i materia
remota: qz p̄dicatū remouet̄ a subo. Rē
q̄ p̄dicatū remouet̄ p̄ negationē. i. nega-
tur a subiecto: seu denotat̄ remoueri: nō
tñ remouet̄ p̄ repugnatiā ad subiectū:
qz aīalitas nō repugnat humanitati: im-
mo includit̄ in ip̄a. His p̄missis pōit̄
auctor legē seu naturā cōtrariarū: q̄ tal-
est: q̄ si vna ē vera: reliqua erit falsa: et
nō e cōuerso: p̄nt em̄ simul esse falsē i cō-
tingētī materia: v̄t oīs hō ē alb⁹: null⁹
hō est alb⁹. Pro quo notandū q̄ si due
cōtrarie eēt simul: v̄t: querecē q̄ due
p̄dictorie eēt simul: v̄t: qd̄ ē impossibi-
le. Probat̄ cōsequētia: qz cū ad v̄ritatē vni-
uersalē seq̄tur v̄ritas p̄ticularis vna con-
tradictoriaz inferret̄ p̄dictoria alteri-
us: v̄t ad illā: oīs hō currit: seq̄tur illa: q̄
dā hō currit: q̄ ē cōtradictoria illi: nul-
lus hō currit. Itē sic ē de falsitate: quia
falsitas vniuersalis nō inferret̄ falsitatem
p̄ticularis. Et possunt simul eē falsē
in materia contingētī: v̄t ista: omnis hō

currit est falsa p aliquibus supposito: vtz p his q̄ nō currūt: ista null⁹ homo currit ē falsa p his q̄ currūt. In materia dō naturali et remota nō p̄nt simul esse false: nec simul vere: qz in materia naturali p̄dicatū puenit cū subiecto p omni supposito. In materia aut̄ remota repugnat ei vniuersaliter. ¶ Sz p̄dicta arguitur dupliciter. p̄mo sic: Iste due cōtrarie om̄e añal ē hō: et nulluz añal est hō: sūt i mā nālī: et tñ abe sūt false: ergo due cōtrarie i mā naturali p̄nt simul esse false. Itē ille sūt cōtrarie: cuiuslibet hō: minis oculus est dexter: et cuiuslibet hō: minis ocl̄s nō ē dexter: et tñ sūt simul v̄e. p̄ma em̄ ē v̄a p oculo dextro: secūda at̄ p sinistro. v̄ ad p̄mū q̄ ille due nō sūt in materia naturali sz cōtingētī: p̄dicatū em̄ nō est de eentia subiecti nec p̄puz eius: cū inferiora nō sint de eentia superiorum: sed accidāt eis. vñ ille due tenent legē p̄riarū i mā cōtingētī: qz scz ambe sunt false: dñr aut̄ inferiora accidere superioribus fm̄ Sco. ii. dist. p̄. sen. acc̄. p̄iedo acc̄. p̄ extraneo qd̄ ē extra rationem. s. diffinitionē alterius: nō aut̄ p eo q̄ nō facit p se vñ cū eo cui accidit: sic albedo in cornice. Ad secūdū dico q̄ ille nō sūt cōtrarie: cū ly ocl̄s qd̄ ē sub^m p̄ncipale p̄pōis nō sumat v̄l: nec in p̄ma nec in secūda. vñ iste eent̄ p̄rie: cuiuslibet hōis ois ocl̄s ē dexter: et cuiuslibet hōis nullus ocl̄s ē dexter: q̄ sūt abe false. v̄a subcōtrariarū talis ē: q̄ si vna ē falsa: reliqua ē v̄a: et nō eōuerso: p̄nt ei simul eē v̄e i materia p̄tingētī. ¶ p̄mo quo notādū: q̄ si due subcōtrarie possēt simul esse false: due p̄tradictoze eent̄ simul false: cū ad falsitatē p̄ticularis seq̄t falsitas vniuersalis: vt ad falsitatem huius qdā hō currit seq̄tur falsitas illi⁹ omnis homo currit: que cōtradiccit illi: qdā hō nō currit: nō sic ē de v̄itate cū v̄itas p̄ticularis nō inferat v̄itatem vniuersalis. Et ideo p̄nt simul eē v̄e in cōtingētī materia: vna p vno supposito: alia p alio. In materia aut̄ naturali et remota nunq̄ p̄nt simul esse vere: qz in materia

naturali p̄dicatū subiecto cōuenit p̄o omni supposito. et ideo affirmatiua semp est v̄a: et negatiua semp est falsa. In materia dō remota p̄dicatū repugnat sub p omni supposito: et iō negatiua ē sp̄ v̄a et affirmatiua falsa. ¶ Sed p̄dicta arguitur sic: Due cōtrarie p̄nt simul esse false: ergo et due subcontrarie. Antecedēs ē notum. p̄bat̄ cō: equetia: qz sicut se habet vniuersalis affirmatiua ad vniuersalē negatiua: ita p̄ticularis affirmatiua ad p̄ticularē negatiua. Dñdeo q̄ ista similitudo habet v̄itātē q̄tū ad q̄titatē et qualitātē: nō aut̄ q̄tū ad v̄itātē et falsitātē. ¶ v̄a cōtradictoziarū talis ē: q̄ si vna ē v̄a reliqua ē falsa et eōuerso. v̄o est: qz in cōtradictoze idē affirmatur et negat de eodē. Impossibile est aut̄ idem inesse eidē et nō inesse: alias esset dare oppositū p̄mī p̄ncipij: qd̄ tamē ē firmissimū et notissimū ex quarto metaphisice. ¶ Deinde ponit auctor legē subalternarū q̄ continet tres p̄ticularis. p̄ma ē q̄ si v̄is ē v̄a: p̄ticularis ē v̄a: q̄ ex hoc patet: qz si p̄dicatū v̄e dicat̄ d̄ quolibz supposito subiecti: vt denotat vniuersalis: v̄e etiā dicet̄ de aliquo eius supposito: qd̄ sufficit ad v̄itātē p̄ticularis. Secūda p̄ticularis est q̄ nō sequit̄ eōuerso: qz p̄ticularis p̄t esse v̄a sua v̄l exite falsa. In materia em̄ cōtingētī p̄dicatū p̄t cōuenire alicui supposito subiecti: nō tam p̄pter hoc puenit om̄ibus. Tercia p̄ticularis ē: q̄ si p̄ticularis est falsa: v̄is ē falsa. Cuius rō est: qz si p̄dicatū nō verificetur de aliquo supposito: sicut p̄ p̄ticularē denotat: nec verificabit̄ de quolibz sicut designat̄ p̄ v̄em. Hora tñ q̄ i mā nālī p̄ticulari vel indefinita equalz v̄l. ¶ Capitulū de cōuersionibus. ¶ Insequēter agit auctor d̄ cōuersione ppositionum q̄ ē p̄prietas ppositionū vtroqz termino participantium ordine eōuerso: quādo scz fit de p̄dicato subiectum: et de subiecto p̄dicatum. Et est triplex: scz: simplex: p̄ acc̄. et p̄ cōtrāpositionem. Unde notandum q̄ in cōtra

uersione sunt due ppositiones: quarum prima dicitur uersa: et est antecedens. Secunda uo dicitur conuertens: et est consequens ad aliam. Est autem alia ppositio categorica uel hypothetica ad quam alia sequitur: pns uo e p que sequitur ex ante. Consequencia uo e illatio pntis ex ante. qz uo uersio e consequencia. Nota dñ q consequentia formalis dicit illa q tenet in omnibus terminis. Simili forma arguendi retenta. Ex pre aut forme se tenet vltis particularis affirmatio et negatio: et varius modus arguendi fm regulas consequentiarum. **C**onsequencia uo materialis solum tenet ex pre terminorum: et ideo nō tenet in omnibus terminis: licet forma cōsimil obferuetur. Nō licet sequat gratia materie: qdā hō est animal: ergo omnis hō est animal. nō tñ e pna formalis: Et ideo non ualeat similis modus arguendi in alijs terminis: sicut nō sequitur quidam hō currit: ergo omnis homo currit. **C**ontra dñz insup qz Aristo. tractās de reductōe syllogismoz impfectoz ad pfectos agit de conuersione simplici et p accēs: que ad hoc sunt vitales. Non aut de conuersione p cōtrapositionē que ad hoc nō deseruit. qz in ipa nō manēt idē termini simplici terā tamēt deberēt manere in reductōe syllogismoz. Petrus aut hyspanus tractat hic de ipa in quantū est qdaz passio ppositionis. **C**onuersio simplex est facere de subiecto pdicatum: et de pdicato subm manēte eadē qualitate et quātitate: et hoc mō pueritur vniuersalis negatiua et particularis affirmatiua: vt nullus homo e lapis: nullus lapis e homo: quidam homo e animal: quod dā animal e homo. et dicitur simplex: qz e sine mutatione quantitatis et qualitatis. Solū enī e ibi mutatio situs terminoz: nē cōmutatio dicitur simplex que est sine additione uel variatione. Simpliciter enī dicit tale quod e fm se tale: scdm qd uero tale est quod est tale per respectus ad aliud: hoc modo vniuersalis negatiua cōuertitur i vniuersalem negatiua simplicitate: id est fm se et non per aliud: et si-

militer particularis affirmatiua in particularem affirmatiua. Non sic in conuersione per accidens: vt statim videbitur

Sed contra hoc arguitur pmo sic: ista e vera: ista uirgo fuit corrupta: et tamē conuertens e falsa: nulla corrupta fuit uirgo. Item ista est vera: nullus senex erit puer: ista autem falsa: nullus puer erit senex. Itē ista est vera: quidam homo e mortuus: conuertens uero falsa: quoddam mortuum e homo. Itē ista est vera: nullus ciuis e mulier: et ista falsa: nulla mulier est ciuis. Item non sequitur panis est in forno: ergo furnus est in pane. **P**ro responsione ad ista argumenta notandum qz terminus positus a parte ante respectu uerbi uel participij futuri temporis ampliatur ad statū pro presenti uel futuro. Positus uero post huiusmodi uerbu restringit ad tempus futurum. **I**tem notandum qz terminus positus a parte ante respectu uerbi uel participij pteriti temporis ampliatur ad supponēdū p eo qd e uel fuit. Positus uo p hmoi uerbu restringit ad tps pteritū. Itē notādū qz in cōuertēte et uersa termini dñt accipi eā ample et eā stricte. Itē notādū qz qñ obliquus ponit a pre pdicati p pōis cōuerse: tūc uerbum debet resolui in suū picipiū et ipm cū obliquo ponit a pte subiecti puerter. His pmissis uis patet rñsio ad argumenta. Ad pimum qñ arguit nulla uirgo fuit corrupta dico qz illa e uia sumēdo subm p pnti tpe et pdicatū p tpe pterito. qz nulla que nūc e uirgo fuit corrupta tēpore pterito: et tūc debet conuerti in illā: nulla que fuit corrupta est uirgo. **A**d secundūz dicēdū qz illa nullus senex erit puer e uia sumēdo subm p tpe presenti et pdicatum p tempore futuro. Nullus enī qui nūc e senex erit puer tpe futuro. et tūc uo cōuertit in illā: nullus q erit puer e senex. **A**d tertium dico qz illa ppositio: quidam homo e mortuus e uia sumēdo subm p tpe pterito. unde sensus est: et quidam q fuit homo e mortuus: et tunc

debet conuerti in ista: quoddam mortuum est
est vltimū hō. Ad q̄rtū dico q̄ illa: nullus
cuius ē mlier: ē hō p masculis: qz ly ci-
uis p ly nullus restringit ad standū pro
masculis: et tūc puerit̄ i istā: nulla mu-
lier ē ciuis masculi. Ad q̄ntū dico q̄ il-
la: panis ē in furno: cōuertit̄ i istaz: ens
in furno ē panis. Cōuersio p accēs est
facere de subicō p̄dicatū r cōuerso: ma-
nēte eadē q̄litate s; mutā q̄ntitate. Et
hoc mō dicit auctor puerit̄ vlem affirma-
tiuā i p̄ticulārē affirmatiuā. An vlis af-
firmatiua infert p̄ticulārē affirmatiuaz.
Ex^m p̄uersiōis p accēs: Omnis hō ē cur-
rēs: ergo quoddam currēs est hō: r vlem
negatiuā in p̄ticulārē negatiuā: vt nul-
lus hō ē lapis: ergo quā lapis n̄ est hō.

Sed contra hoc arguitur sic
qz Arist. p̄mo p̄oz tractās de p̄uersiōi-
bus dicit vlem affirmatiuā puerit̄ in p̄ti-
culārē: de vli negatiua nullā faciēs mē-
tionē. R^o fm Sco. 21. di. p̄. sen. qz vni-
uersal negatiua nō puerit̄ in p̄ticulārē
negatiuā: licet inferat eā. Abi sciēdum
qz puerit̄ p accēs ē puerit̄ p aliō: scz p p̄-
ticulārē affirmatiuā. An qz vlis affirma-
tiua infert p̄ticulārē affirmatiuā: r puer-
it̄ simplr̄ p̄ticulārē affirmatiua i p̄ticu-
larē affirmatiuā: iō vlis affirmatiua per
accēs i ipam puerit̄. licz aut vlis nega-
tiua inferat p̄ticulārē negatiuā: qz tū p̄-
ticulārē negatiua nō cōuertit̄ simplicit̄
iō vlis negatiua nō ponit̄ ab aristotē cō-
uerti p accēs. S; qd dicem^r ad auctore
p̄dōt dici qz auctor dicit vniuersalē ne-
gatiuā puerit̄ p accēs i p̄ticulārē nega-
tiuā: qz ipaz infert large accipiēs p̄uersio-
nē p qualibet illatōe i terminis trāspōsit̄
Sequitur enī: nullus hō ē lapis: ergo nul-
lus lapis ē hō p p̄uersionē simplicez. et
vltra: quā lapis n̄ ē hō: p legē subalter-
narū. p̄hs aut accipit p̄uersionēz magis
stricte: qm̄ scz aliqd fm se i aliō puerit̄.
sicut homo i cōuersione simplici: vel per
aliud qd puerit̄ in ipm: sicut in cōuersi-
one vlis affirmatiue i p̄ticulārē affirma-
tiuā p p̄ticulārē q̄ in ipam puerit̄: vt om-

nis hō ē animal: ergo quā hō ē animal: r vl-
tra: ergo quoddam animal est hō p cōuer-
sionē simplicez: et tūc a p̄mo ad vltimūz.
Omnis hō ē animal: ergo quoddam animal ē hō
p cōuersionē p accēs. Et si arguat̄ qz p̄-
ticulārē negatiua cōuertit̄ simplr̄ in p̄-
ticulārē negatiuā: bñ enī sequitur: quā hō
nō ē lapis: ergo quā lapis n̄ ē homo:
ergo vniuersalis cōuertitur p accidens
in ipam. R^o q̄ illa p̄na tenet ratiōe ma-
terie r non gratia forme. An non valet
in alijs terminis. Hō enī sequitur: quod-
dam animal non est homo: ergo quā hō
non est animal.

De conuersione.

Ita cōuersionē p̄positionūz
nō quātarū etiā p̄positionūz
exceptiuarū reduplicatiua-
rum et exclusuarū p̄t oriri af-
ficultas. Abi sciēdū qz p̄pōes exceptiue
dicuntur ille in q̄b^r ponit̄ p̄ter nisi: con-
miles: vt oīs hō p̄ter sor. currit: equalit̄
isti: oīs hō ali^r a forte currit: r puerit̄ i
hāc: quoddam currēs ē hō ali^r a forte: vl
quoddam currēs qd nō ē sor. ē hō. p̄pō-
positiōes hō reduplicatiue dñr ille in q̄
bus ponit̄ ille ocōes q̄ q̄ntū: vt fm qz r
p̄siles reduplicatiue sūpt̄. Abi sciēdūz
fm Sco. 3. q. quolibet. qz reduplicatō p̄t
sumi duplr̄. s. reduplicatiue r specifica-
tiue: reduplicatiue q̄dez sumit̄ qm̄ notat
terminū sibi additū eē eam p̄siam inhe-
rētie p̄dicati ad subm: vt ista: hō in q̄ntū
rōnalis ē risibilis denotat qz rōnaltas est
eā p̄siam risibilitat̄. An equalit̄ isti: hō
qz rōnal ē risibilis: r puerit̄ in istā: ali-
quid qz in q̄ntū rōale ē risibile ē homo.
Specificatiue sumit̄ qm̄ nō notat talem
p̄cisionē cause: s; denotat p̄dicatū nō re-
pugnare subo p̄significato s; t̄i rōe: vt hō
in q̄ntū rōnal ē alb^r ly in q̄ntū specificat
qz hōi cōsignificato sub rōe rōalitat̄ n̄
repugnat albedo: est autem bona conse-
quentia a reduplicatiua ad suam p̄cisa-
centem. Unde bene sequitur: omnis ho-
mo in quantum ratiōalis est risibilis: er-
go omnis homo est risibilis.

Propoēs aut̄ exclusiue sūt ille
i quibus ponitur iste octōdes: rātū: s. lū:
et cōsimiles exclusiue sumpt̄. An̄ hec
dictio soluz pōt capi dupliciter: vno mō
cathegorematicce: r̄ tūc t̄m̄ valet sicut so
litari⁹: vñ sol⁹ sortes currit: equaler̄ isti
sortes solitarius seu alteri i illo loco nō
associat⁹ currit: r̄ sic nō sumitur exclusi
ue. Est em̄ vera etiā posito q̄ alij hoīes
currāt. Si autē sol⁹ capiat̄ sin cathego
rematicce tūc facit p̄positiōnē exclusiua.
An̄ ista sol⁹ sortes currit habet duas ex
ponentes: Sortes currit: et nullus ali⁹
a sorte currit. Conuerti⁹ autē exclusiua
scōm scōm. 21. dist. j. sen. in vniuersales
affirmatiua de terminis trāspōsit⁹: vt ista
rātū hō est risibilis cōuertit̄ in istam: om
ne risibile est homo: qđ sic p̄bat: licet eī
ista habeat cōmuniter duas exponētes:
tamē intellec⁹ ei⁹ pōt sufficenter exp̄
mi p̄ hāc: null⁹ nō homo ē risibilis: que
cōuertit̄ i istā: nullū risibile est non hō:
r̄ tūc vltra om̄e risibile ē hō: scōz illd̄ se
cūdi p̄p̄m̄ etiās: Ad negatiua de p̄dica
to infinito sequit̄ affirmatiua de p̄dica
to finito. hoc autē est verū de terminis sim
plicib⁹ et nō cōposit⁹. exēplū: si lignū ter
minus simplex: et lignū albū termin⁹ cō
posit⁹: bñ sequit̄ hoc nō ē nō lignū: er
go ē lignū. Ad̄ at̄ sequit̄ de m̄f̄ato hoīe
vel eq̄: hoc nō ē lignū n̄ albū: ḡ ē lig. al.

Conuersio per cōtrapositiōnē
est facere de subiecto p̄dicatū et cōuer
so manē eadē q̄lita⁹ r̄ q̄n⁹: s̄z mutat̄ ter
minis finit⁹ i terminos infinitos. Et hoc
mō cōuertit̄ vniuersal affirmatiua r̄ par
ticularis negatiua. vt om̄is hō ē animal.
om̄e nō animal est nō hō: quidā asin⁹ nō ē
lapis: quidā nō lapis nō est non asinus.

Notandum circa illud q̄ hec con
uersio dicitur per cō
trapositiōnem. quia in conuertente et
conuersa ponuntur termini traditōij. s.
termin⁹ sumpt⁹ sine negatōe: vcz termi
nus finit⁹: r̄ termin⁹ sumpt⁹ cū negatōe
id est termin⁹ infinitus. Dicit vlt̄er⁹
auctor q̄ ex signo quod ē in subiecto p̄po

sitiōnis cōuerse cum ei⁹ p̄dicato vobz sic
ri subiectū cōuertētis: qđ habet verita
tē in cōuersione simplici et p̄ cōtrapositi
ōnē vbi manet eadē quātitas: r̄ nō in cō
uersione p̄ accidēs vbi mutat̄ quātitas.
habet etiā veritatē q̄n̄ p̄positiōis cōuer
se est termin⁹ cōis et nō singular⁹. qz ter
mīo singulari nō pōt addi signū. Est au
tē eadē cōuersio p̄ticularis in definit̄e
et singularis. qz sicut singular⁹ p̄vno sup
posito verificatur: ita p̄ticulari r̄z inde
finita. Ad̄ sic est d̄ oppositiōne: qz singla
ris affirmatiua et negatiua tradit̄ cu
idē asseratur et negat̄ de eodē supposito
Ad̄ sic de particularib⁹ et indefinit⁹. qz
i ip̄is subiectū pōt sup̄pōre p̄ vno sup
posito vel p̄ alio dist̄inctiue. De cōuer
sionib⁹ autē ponuntur versus sequentes.
Asserit a: negat e: sūt vniuersalē ambe.
Asserit i: negat o: sūt p̄ticularē it̄ ambo.
Simpliciter fecit: cōuertitur eua p̄ acci.
Alto p̄ cōtra: sic fit conuersio tota.

Sequitur de propoē ypote.

Est q̄ autor determinauit d̄ p̄po
p̄ sitōe cathegorica: hic consequē
ter agit de propoē ypothetica.

Est autē p̄positio ypothetica q̄
habet duas cathegoricas tāq̄ pres̄ p̄n
cipales sui p̄iunctas. s. p̄ aliquā cōiuncti
onem vel per aliquod aduerbium.

Notandum vlt̄erius q̄ sicut in p̄po
sitōe cathegorica subie
ctum r̄ p̄dicatū se habent vt materia. co
pula vero vt forma: sic i ypothetica due
cathegorice se habēt vt materia et con
iunctio ip̄as coniungēs vt forma. Si ar
guat̄ q̄ p̄positio ypothetica nō sit pro
positio. qz qđ nō est vna p̄pō nō est pro
positio: scōm Arist. li. 4. lēcōz: sed ypo
thetica est plures cathegorice: ḡ n̄ est p̄
positio. Respōsio q̄ ē vna ab vnit̄ate cō
iunctiōis ip̄as cathegoricas vniētis. Di
cit autē ypothetica ab ypos qđ est sub. r̄
thesis positio. quasi suppositiua locutiō.
qz vna pōitur sub altera. s. posterior sub
prima quam sequitur. Et diuidit̄ i cōdi
tionalem: copulatiua: r̄ disiunctiua. De

Tractat⁹ De Conditionali, Copulatiua, et disiunctiua,

cāli vero t⁹ porali et locali nō facit auctor
mētione: q⁹ reducūt ad alias: vt videb^r
Conditionalis est illa i qua cō
iungūtur due cathegorice per hāc con
iunctionē si: vt si homo currit: homo mo
uetur: et illa cathegorica cui immediate
p⁹ iungit hec p⁹ iunctio si: d^r a⁹ns: et alta p⁹ns.

Circa quod notādū q⁹ p⁹ p⁹ d^r
cū cōditio
nalis: q⁹ ponit t⁹ cōditionaliter verita
tē sui cōsequētis et nō absolute: v⁹z si
a⁹ns sit verū denotādo cōstructionē vni
us p⁹positiois ad aliā. q⁹ d^ro in cāli cō
sequēs infertur ex antecedēte q⁹ est cā
eius: vt q⁹ sol lucet dies est: ideo pōt re
duci ad conditionalem.

Contra hoc arguit dupliciter. P⁹ri
mo sic: ista ē cōditionalis: si
āsinus volaret: āsinus haberet alas: cū
nō sit copulatiua nec disiunctiua: et t⁹ nō
cōiungūtur due cathegorice: ergo diffini
tio p⁹ p⁹ d^r cōditionalis non est bⁿ affig
nata. Item ista est cōditionalis: sortes
currit: ergo sortes mouet: et tamē nō cō
iungūt due cathegorice p⁹ notā p⁹ditōis
si. R⁹ ad p⁹ma: q⁹ ibi p⁹nt eē t⁹ue cathe
gorice reducēdo cōiunctias oratiōes ad
indicatiuas. Ad scd^m dico: q⁹ licet in
illa nō cōiungātur due cathegorice per
hanc cōiunctionē si: cōiunguntur tamē p⁹
aliā sibi equalētē. i. p⁹ illā cōiunctionēz
ergo: que denotat illatōez p⁹nt⁹ ex ante.

Et notādū q⁹ in cōditionali ē bonā
p⁹na arguēdo a positōe
āncedētis ad positōnē cōsequētis: vel
a destructōe p⁹ntis ad destructōnē aut⁹.

Copulatiua est illa in qua con
iungūtur due cathegorice p⁹ hāc coniu
ctionē et: vel p⁹ aliā sibi equalētem: vt
sortes currit: et plato mouetur. Est aut⁹
differētia inter copulatiuā et de copula
to extremo: quia in copulatiua cōiungū
tur due cathegorice p⁹ hāc cōiunctionē
et: In illa vero q⁹ est de copulato extre
mo cōiunctio ponit⁹ inter ptes subiecti
vel predicati: vt sortes est albus et musi
cus. Ad copulatiuā reducūtur tēporal:

et localis. Exēplū d^r t⁹porali: vt sortes cur
rit q⁹ mouet. i. sortes in aliquo tpe cur
rit et in illo mouet. Exēplū de locali: vt
sortes currit vbi mouet: ad ē sortes cur
rit in aliquo loco: et in illo mouetur.

Disiunctiua est illa in qua con
iungūtur due cathegorice p⁹ hāc cōiun
ctionē vel: seu p⁹ aliā sibi equalētem: vt
sortes currit: vel plato scribit.

Circa quod notādū q⁹ cōiun
ctio disi
ctiua et est cōiunctio: et est disiunctiua: in
tū est cōiunctio cōiungit voces: in q⁹ntū au
tē est disiunctiua: disiungit significata.

Notandū etiā q⁹ cōiunctio disiun
ctiua pōt poni inter du
as p⁹positōes: et sic facit p⁹ p⁹ d^rz p⁹ p⁹the
ticā: vel inter ptes p⁹ dicati et subiecti: et
sic ē de disiuncto extremo: vt for. l⁹ pla. c⁹.

Ad veritatē conditionalis exi
git q⁹ a⁹ns nō possit eē verū sine cōsequē
te. An ois cōditionalis vera est nec⁹ria:
q⁹ cōsequens necessario sequit⁹ ad a⁹ns.

Ad falsitatē aut⁹ eius sufficit q⁹
a⁹ns possit esse verū sine cōsequēte. An
ois cōditionalis falsa est impossibilis
Impossibile ē enī q⁹ si a⁹ns sit vex q⁹ il
lud q⁹ necessario sequit⁹ ad ipm sit falsū
cū ex d^ro nō sequit⁹ nisi vex: et scd^m p⁹ p⁹.

Et notādū q⁹ duplex ē necessitas: cō
sequētis: et quedā cōsequētie. Necessitas
cōsequētis est q⁹ cōsequēs est i se ne
cessariū: vt hō ē risibilis. Necessitas cō
sequētie est q⁹ cōsequēs nec⁹rio sequit⁹ ad
a⁹ns: licet vtrūq⁹ sit p⁹tingēs i se: vt si hō
currit: hō mouet. Et ista nec⁹itas exigit⁹
ad cōditionalē: nō aut⁹ p⁹na. vnde cōditi
onal p⁹ eē nec⁹ria: licet t⁹ a⁹ns q⁹ p⁹ns sit
impossibile: vt si hō ē āsin⁹: hō ē rudibi
lis. p⁹ma necessitas dicit⁹ necessitas sum
pliciter: secunda vero scd^m quid.

Ad veritatē copulatiue exigit⁹
vtrūq⁹ p⁹ eē verā: vt hō ē aial: et d^ro ē.
Qui⁹ cā ē: q⁹ tota copulatiua se tenet ad
modū toti⁹ integralis: ad cui⁹ positōem
requit⁹ positō cuiuslibz ptes p⁹ncipal⁹ ei⁹.

Ad falsitatē eius sufficit vnam
prē eē falsā: sicut destructio pris pncipa
lis arguit destructionē toti: vt si par
es nō sit: nec domus est. Ex p̄dictis patet
q̄ a tota copulatiua ad quālibet ei⁹ par
tem est bona consequentia.

Ad veritatē disunctiue sufficit
alterā prē eē verā: se em̄ h̄z ad mo^m to
tius vltis: ad cui⁹ positionē sufficit posi
tio vni⁹ p̄us eius subiunctiue: vt ad posi
tionē aialis sufficit positio hominis vt eq̄.

Ad falsitatē ei⁹ oportet vtrāq̄
partē eē falsā: cū enī ad v̄itatē ei⁹ suffic
veritas vni⁹ pris: oportet ad hoc q̄ sit
falsa q̄ vtrāq̄ pars eius sit falsa.

Sequitur de equipollentijs.

Irea quod est norandum q̄
Equipollētia ē equalē
tia duarū p̄positionū in q̄li
tate et quātitate: v̄itate et fal
sitate mediāte signo p̄ aduētū negatōis
Et d̄r de eq̄pollētia es: qd̄ idē ē q̄ equa
leor: et ponūtur tres regule. quarum
p̄ima reglā ē: Si alicui siḡ tā
vlti q̄ p̄dicari p̄ponat ne⁹: eq̄pollēt suo
p̄dictorio. i. p̄pōes q̄ p̄us erāt p̄dictorie
eq̄pollēbūt: vt iste sūt cōtradictorie: om
nis hō currit: et q̄dāz hō nō cur: p̄ponat
negatio vni eaz eq̄pollēbūt: vt nō om̄is
hō currit eq̄pollēt hui: q̄dā hō nō cur.
Causa hui⁹ regule ē: qz negatio negās
est tal' nature: q̄ q̄cqd p̄ se inuenit de
struit: et ei⁹ oppositū ponit. Et n̄ negat q̄
litate et q̄ntitate. Si enī inueniat p̄po
sitionē vniuersalē: facit ip̄am p̄ricularē
et cōuerso. Si inueniat p̄pōnem affir
matiuā: facit eā negatiuā et cōuerso. et
sic negatio p̄posita signo facit p̄pōnes
p̄ius repugnātes in qualitate et q̄ntita
tē eiusdē q̄litate et q̄ntitate. et sic facit
p̄pōes q̄ p̄us erāt cōtradictorie eq̄pollē
re. Ex p̄dictis patet q̄ due negatōes eq̄
ualēt vni affirmatōi. Negatō enī negās
vni oppo^m ex p̄iti pōit aliud: et sic nega
tio negās negatōez ex p̄iti pōit affirma
tōez. nō sic autē ē d̄ duab⁹ affirmatōib⁹:

natura enī affirmatōis nō ē destruere s̄
ponere. et ideo affirmatō addita affirma
tioni ip̄am fortificat. qz due affirmatōes
nō equalent vni negatōi: sicut due ne
gationes vni affirmationi.

Contra p̄dicta arguit et videt q̄ ne
gatio nō debeat addi signo:
qz aduerbiū h̄z determinare v̄bū: s̄z nega
tio ē aduerbiū: s̄z d̄z determinare v̄bū et nō
signū. Probāt maior p̄ p̄scianū dicētō:
q̄ aduerbiū ē vi v̄bi adiectū. R̄. q̄
aduerbiū p̄mo et p̄ se h̄z determinare ver
bū: secūdo autē et ex cōsequētī p̄t determinā
re nomē: et sic p̄t addi signo. Si arguit
p̄ arist. p̄mo p̄yerme. dicētō: q̄ negatio
nō d̄z addi signo. Dico q̄ loq̄tur de ne
gatione infinitate: et nō de negatione ne
gante: qz v̄ic⁹ signum non est infinita
bile cum per se nihil significet.

Secunda regula talis est: q̄ si
alicui signo vniuersali postponat nega
tio: eq̄pollēt suo cōtrario. i. facit p̄pōes
q̄ p̄us erāt p̄trarie eq̄pollere: vt iste sūt
p̄rie: ois hō currit: et null⁹ hō cur. post
ponat negatō subicō vni⁹ illaz eq̄pollē
būt: vt ois hō n̄ currit: et nul. hō cur. eq̄
pollēt. Cā h̄z regle ē: qz p̄trarie sūt eius
dē quātitatis: et d̄rnt solū ī q̄litate. Negā
tio igit postposita subō n̄ mutat q̄ntitatē
cū n̄ agat an̄ se. qz nō cadit supra copu
lā: mutat q̄litate: et sic sūt eiusdē q̄litate
et p̄ p̄ns eq̄pollēt. S̄z p̄ h̄z arguit sic ī
istis: om̄e currēs mouet: et nk. n̄ cur. mo^m:
est neg⁹ postposita sig⁹ vlti: et tū n̄ eq̄pol
lēt: cū p̄ma sit v̄a: et scda falsa. R̄. q̄
negatō d̄z poni p̄ sig⁹. i. p̄ sub^m qd̄ p̄
sig^m denotat vt cadat sup̄ copulā: n̄ sic
est ī p̄pōito. qz illa neg⁹ n̄ q̄ p̄cedit ly
currēs solū cadit sup̄ t̄m^m quē īfinitat.

Tercia reglā ē: si alicui siḡ vlti
p̄dicari p̄pōat et postpōat ne⁹: eq̄pollēt
suo subalē. i. facit p̄pōes q̄ p̄ erāt s̄balē
eq̄pollēt. vt iste sūt s̄balē ois hō c̄: et q̄
dā hō c̄: p̄pōat et postpōat ne⁹ s̄bi vni⁹
illaz eq̄pollēbūt: vt n̄ ois hō n̄ c̄: eq̄pol
lēt hui: qd̄ hō c̄. Cā h̄z r̄le ē: qz s̄balē
s̄t eiusdē q̄litate et diuerse q̄ntitate. qz igit

Tractatus De propositionibus modalibus.

Vna negatio negat allā: remanet eadē q̄
litas. Negatio autē p̄cedēs signū mutat
q̄ntitatē: et sic equipollēt cū sint eiisdē
qualitatē et q̄ntitatis. De equipollētis
subcōtrariarij nō dat aliq̄ regula. qz sa-
tis ē eisdēs: qz si postpōat negatio sub-
lecto p̄ticulari affirmatiue equipollēbit p̄-
ticulari negatiue: seu erit idēz cum ip̄a.
Et p̄miss̄ infert auctor q̄ntā rām q̄ talē
Si duo signa vniūsalia negatia
ponantur i eadē locutōe: vni a p̄te subie-
cti: et aliū a p̄te p̄dicati: p̄mū equipollēt
suo p̄trario: et secūdu equipollēt suo cōtra-
diciō: cui⁹ causa ē: qz negatō secūdi si-
gni postpōitur p̄mo signo: et sic: facit ip̄z
equipollere suo cōtrario p̄ secūdā regulā:
et negatō p̄mi signi p̄pōit secūdo signo:
et sic p̄ p̄mā regulā facit ip̄m equipollere
suo contradiciō. Unde nihil est nihil
tantum valet sic quodlibet est aliquid.

Contra hoc ita pōt argui: hec ē nega-
tiua: nihil ē nihil: cū vna sola
negatio p̄cedat copulā: alia autē est affir-
mativa: q̄ nō equipollēt. Respōsio qz li-
cet negatō inclusa i secūdo nihil seq̄tur
copulā scdm sitū terminorū: tamē intelli-
git̄ p̄cedere q̄ntū ad sensū orōis: vñ secū-
dū nihil debet expōi p̄ nō et p̄ aliqd: et ē
sensus: nihil ē nihil. i. nihil nō ē aliqd.
P̄pōit autē secūda a p̄te p̄dicati eo qz in-
cludit i se terminū sue distributiōis qd ē
p̄dicatū eiisdē p̄pōis. Ad hoc cōfert il-
lud secūdi p̄rmenias: qz sez ad negati-
uā de p̄dicato finit: o sequit̄ affirmatiua
de p̄dicato finito. De equipollētis sē Xij.
P̄re p̄tra dic: p̄ p̄ra: p̄ postqz suba ē.
Nō oīs qdā nō: oīs non quasi nullus.
Nō null⁹ quidā: sed nullus nō valet oīs.
Nō a ter n̄uter: neuter nō p̄sar vtrūqz.
Nō aliqz nullus nō qdā nō valet oīs.

De p̄pōnibus modalibus.

Modus est adiacens. et ē.
Postq̄ auctor determinauit d̄ p̄-
pōitiōnibus de inesse: hic cōse-
quenter determinat de modalibus.

Circa quod notandū

qz p̄pō-
sitiōnes s̄

inesse dicuntur ille q̄ sūt de simpliciter in-
herētia p̄dicati ad subiectū: in quibus
vix p̄dicatū simpliciter dicitur d̄ subie-
cto absqz aliquo mō: vt hō est aīal. Mo-
dales vero dicitur ille q̄ sūt d̄ inherētia
modificata seu detēmiata p̄ aliquē mōz:
vt hō necērio ē aīal: p̄ quā denotat aīa-
litate n̄ solū iesse hōi: s̄ etiā d̄ necitate.

Item notādū qz mod⁹ sumit̄ inli-
plicitē. Aliq̄ et su-
mit̄ p̄ manerie vt mēsura vel t̄pamēto.
Sumit̄ etiā p̄ ordiatōne duaz p̄pōnū
vt i syllis habet. Sumit̄ etiā p̄t est ac-
cidēs Xbi: vt indicatiū mod⁹. In p̄pō-
fundatarum sicut numerum et vnū: su-
per numerum vt sunt proportionēs nu-
merales: vt duplum et dimidium. Su-
per vnū autem in substantia fundatur
relatiō idēmitatis. Super vnū ve-
ro in quantitate relatio equalitatis. Su-
per vnū aut in qualitate relatio similitudis.
¶ Secundus modus relatiōnū ē res-
lationum fundatarum super potentiam
actiuam et passiuam: vt paternitas fun-
datur super potentia: actiua generādi:
et filiatio sup potentia passiuā. Ter-
tius^o

modus est relationum fundatarū super mēsurabile et mēsurā: vt sciētia referē ad scibile: et intellectio ad intelligibile: qđ est verū nō de mēsurā quāditatiua: sed fm esse et v̄ritatem. Actus enī intelligendi est aptus natus mēsurari: id est actualiter depēdere in entitate et cognosce scibilitate ab obiecto p̄cipiādo ipm sē similitudo illius cuius est. Est autē ibi re latio realis ap̄titudinalis et nō actualis. Et ideo notātur dicitur mēsurabilis ad mēsurā et nō mēsurati. Quā enī obiectū nō existit vel sciētia causatur a deo: tunc nō mēsurat̄ actui a scibili: vt declarat scotus. 13. q. quolibetoz. ¶ Et si arguatur qđ obiecto nō exīte nō habetur scientia de eo: qđ vt dicit hic Aristo. Corrupta re scibili corrumpit̄ sciētia qđ ē de eo. R̄o qđ illa auctoritas p̄bit est vera: corrupta re scibili q̄ntū ad esse essentie et esse exi stentie. Et si arguas qđ si corrumpat̄ res quātū ad eē existēte: corrumpit̄ quātū ad esse essentie: cū non sit dare esse eē: tie sine esse existentie. Respōdeo qđ esse essentie nō remanet extra intellectū sine esse existentie: bñ tamē remanet in intellectu: et hoc sufficit. fm enī Scotum. 7. q. quolibetoz. Sciētia non requirit exīti am: sed solas qđitates in anima. est autē in p̄mis duobus mōis relatiuozū mu tua dependentia. Duplum enī r̄lī referē ad dimidium: et ecōuerso: simili: et pater realiter referē ad filiū: et ecōuerso. Non sic in tercio mō: licet enī sciētia realiter referatur ad scibile: nō tñ ecōuerso. ex qđ patet qđ illa p̄priet̄as qđ relatiua dicunt̄ ad p̄uertētiā nō p̄uenit nisi relatiōibus p̄mi et secūdi mōi loquēdo de p̄uentia reali: licet enī sciētia realiter referat̄ ad scibile: nō tñ ecōuerso. Illa enī res qđ est scibilis: vt p̄te lapis nō referatur rea liter ad sciētiā: licet etiā scibile in q̄ntū scibile referat̄ ad sciētiā: nō tñ relatiōe reali: sed rationis tantum.

De p̄dicamento qualitatis + Qualitas. r̄c.

Hic auctor determinat de p̄dicamēto

mentis qualitatis: et describit qualitatem dicens: qđ qualitas est scđm quā quales esse dicimur: vt scđm albedinē dicimur esse albi. ¶ Ad cuius euidētiā sciendū: qđ qualitas p̄dit̄ sumi dupliciter: vno mō p̄ forma de genere q̄litratis que calificat̄ subiectū accidentaliter: alio mō p̄ or̄nā eēntiali cuiuslibet generis qđ p̄dicat̄ in q̄le. In diuinis autē licet nō sit or̄nā p̄p̄: tñ illa que habēt rationē actus vel quales si forme p̄nt dici qualitates. Unde fm Sco. di. xxvj. p̄. sen. Attributa diuina dicūt̄ur illa que p̄ficiūt eēntiam in eē se cūdo quasi qualitates: vt charitas: sapiētiā: veritas: bonitas. Hō sic autē se habent intellectus et volūtas: sed sūt quēdā p̄fectōes intrinsece in eēntia p̄suppo site om̄i q̄ntitati et qualitati: et sic qualis nō est in ḡnē: sed sumit̄ transecēdētes.

Notandū qđ licet abstractum sit p̄ natura cōcreto sicut causa suo effectu formali: tamē cōcreto est nobis notius: et id q̄litas notificat̄ p̄ suū p̄cretū: vt p̄ notius nobis. Quale vero notificat̄ p̄ abstractū et p̄ plus simplr̄.

Notandū etiā qđ dicimur in hac de descriptione referatur ad substantias in cōi. Qualitas ergo est scđm quā nos substantie dicimur: id est denominamur accidentaliter quales: et ponitur accidentaliter p̄p̄ or̄nā eēntiales a quibus essentialiter dicimur quales.

¶ Qualitatis quattuor sūt species. Hic ponit auctor q̄ttuor sp̄es: quarū p̄ma est habitus et dispō. est autē dispō qualitas de facili mobilis: habitus v̄o de difficili mobilis. Unde habitus et dispositio tñ or̄nt̄ fm p̄fectū et imp̄fectū: et id faciūt p̄mā sp̄em qualitatis. P̄fectum enī et imp̄fectum vt vir et mulier nō variant sp̄em fm Aristo. in li. de animalibus. Quā eadem qualitas vt virtus et sciētia dū est in fieri et in esse imp̄fecto dicitur dispositio: dū v̄o habet esse p̄fectū p̄manēs et radicātū in subiecto dicit̄ habitus. et dicit̄ auctor qđ om̄is habitus potest dici dispositio: licet non econuerso: quod verū est nō quidem sumēdo dispo

tionem stricte p qualitate de facili mobilis: sed large p omni qualitate dñ ponēte subiectū suū ad opationem: siue perfecte: siue imperfecte: et omnes tales qualitates ponūtur in hac specie siue sint corporales: vt calor: frigiditas: egritudo: sanitas: siue spirituales: vt actus intellectus. Unus est actus ad aliū inclinatus: et ex ipis generatur habitus. Item species intelligibiles habitus intellectuales vt intellectus sapientia: et morales vt iustitia et castitas: et hmoi: et virtutes infuse: vt fides: spes: charitas ponūtur i hac specie. ¶ Notandū tamē q habitus potest tripliciter sumi. Vno mō p quacuq; forma habētē priuationē sibi oppositam. Alio mō p inherētia corporis ad ea que sūt circa corpus: et sic ē predicamētum distinctum ab alijs. Tercio modo pro qualitate disponēte suum subiectū ad operationē: et sic sumit in proposito.

Arguitur tamē contra predicta sic: Nullum ens rationis est de genere qualitatis: cū qualitas sit ens reale: sed scientia est ens rationis: ergo nō est de genere qualitatis. Respondeo: q ens rationis potest sumi tripliciter sicut Scot. di. 4. sen. Vno mō p illo qd habet esse in aīa subiectiue: vt spēs act⁹ et habitus. Alio mō obiectiue: sicut vniuersalia sūt in aīa p spēs a rebus causatas vel a deo impressas. Tercio mō p comparationē q intellectus compar vnuz obiectū cognitū ad aliud obiectum cognitum. Cū ergo dicit q nullū ens in aīa est de genere qualitatis: verū est de ente in anima tercio modo dicto. Tale ens est relatio ratiōis cuiusmodi sūt secundē intentōes: nec habēt aliquid reale: sed habent tñ esse obiectiue in intellectu.

¶ Secunda species qualitatis est naturalis potentia vel impotentia aliquid facile faciēdi vel patiēdi: vt sanatiuus dicitur aliq; qz hz naturalē potētā ad facilius resistēdus suis cōtrarijs et nociuis: egoratiuus hō eo qz habet naturalem impotētiam ad hmoi: sic durū habet na-

turalē potētiam: vt nō cito seceat. Molle hō habet naturalē potētā ad hmoi. Cursores quoq; et pugillatores dicitur nō qui actus illos exercēt: sed q habent naturalē potētā ad facilius hmoi actus exercendos. ¶ Circa quod notandū q p naturalē potētiam vel impotentiam cum loquitur Aristo. quādā spēm subalē: nam qualitatis comprehendentem omnes facultates vel difficultates naturales ad agendum vel patiendum.

Notandum q potentia pōt capi tripliciter. Vno mō pro respectu potētie ad opationē: et sic pertinet ad genus ratiōis: vt p sūdamēto talis respectus: qd est absolutū et pncipiū oppōis: sicut intellectus et voluntas sunt principia pductiua intellectōnis et volitionis: vel p facilitate et agilitate vtendi huiusmodi potentia. Hoc tercio mō sumit naturalis potentia in pposito scdm scotū. 14. di. 2. sen. vt patet p exēplū de cursoze et pugillatoze: non aut secūdo mō intellectus et voluntas cū sint pfectōnes intrinsece ipsius anime: et sicut Augusti. 5. de tri. sūt vna mens vna eētia: vna vita. Non sūt accētia ipsius anime s; ponūtur in eodē gñe cū ipsa. Hoc idē ponit Bonauentura licet aut huiusmodi potētie sint idē realiter cū aīa vt stinguūt tñ formaliter: de quo alīs magis videbitur. Itē notādū q pma et secūda species qualitatis dñt: qz facultates naturales ponūtur in secūda spē. Dispōnes hō et habitus acq̄siti in pma. vt facilitas naturalis ad pugnādū ponit in secūda specie. Acq̄sita hō p artē et exercitiū ponūtur in pma. Sic egoratiū p ut dicit difficultatē naturalē ad resistēdū cōtrarijs et egritudinē causantibus: ponit in secūda spē. Ipa hō egritudo acq̄sita ponit in pma: q si sit de facili curabilis dicitur dispositio: si hō sit incurabilis dicitur habitus. Itē naturale pōt capi dupliciter. vno mō qz ortū habet a natura: et sic pertinet ad hanc speciem. Alio modo qz inest alicui a principio conditionis nature: non tamē naturaliter: sed gratuite seu per donum nā:

turalibus supadditum: sicut angel a principio creationis fuerunt impressae species seu similitudines omnium naturarum: et virgini purissime in instanti creationis anime eius fuit collata gratia equaliter iusticie originali per quam fuit a peccato originali preservata: et tale naturale non spectat ad secundam speciem qualitatis sed ad primam.

Tercia spes qualitatis est passio

et passibilis qualitas. Unde in hac specie ponuntur omnes qualitates sensibiles que sunt obiecta sensuum que dicuntur passibiles qualitates: quod sunt nature inferre passionem sensibus: ut sonus: color: lux: caliditas: frigiditas: et huiusmodi. Et omnes qualitates que ab huiusmodi generantur: ut sunt species obiectorum recepte in potentijs organicis: ut passionis appetitus sensitivus: ut delectatio: tristitia: ira: Tales autem qualitates licet sint perfectiones potentiarum organicarum: dicuntur tamen passionem eo quod recipiuntur in ipsis organis. Recipere ei large dicitur participare lumen quod est species lucis ponitur in hac specie a Scotus. 13. di. 2. sen. Differunt etiam passio et passibilis qualitas: passibilis qualitas dicitur tales qualitates subesse perfecto permanenti in subiecto: ut rubedo que provenit in aliquo a natura: sed passio dicitur illas qualitates secundum esse imperfectum et non permanentes: ut rubedo que provenit in vultu hominis ex verecundia. cuius causa est: quod facies est subiectum verecundie. Et ideo sanguis qui est amicus nature vadit ad corroborandum membrum lesum quantum potest. Sic homo efficitur pallidus propter timorem: quod inter cetera membra cor magis timet: et ideo ad ipsum confortandum sanguis exire de facie: sic remanet pallida.

Circa quod potest dubitari

de caliditate que ponitur a philosopho in prima et tertia specie qualitatis. Ad quod potest dici quod hec species distinguitur a prima: quod

forma per comparationem ad actum que potest efficere dicitur dispositio quo ad primam speciem: et sic caliditas ponitur in prima specie per compositionem ad calefacere.

Forma vero producta ab agente in quantum recipitur in passio dicitur passio: et sic caliditas ponitur in tertia specie: vel in quantum nata est inferre passionem sensui.

De operationibus etiam immanentibus cuiusmodi sunt intellectio et volitio: que sunt de qualitates: et videtur quod sunt in predicamento actionis: dicit Scotus. 13. q. quolibet: quod videtur rationabilibus ipsas ponere in prima specie qualitatis in qua ponuntur omnes qualitates spirituales: siue sint in fieri: ut operatio: siue in esse perfecto et permanenti: ut habitus: sed si sit in esse imperfecto dicitur dispositio. In tertia autem specie solum erem plificat Aristoteli de qualitatibus corporalibus: Dicit tamen quod forte huiusmodi operationes possent poni in hac specie: cum sint quedam passionem. Et tunc oportet dicere ad Aristoteli. quod solum ponitur exempla de qualitatibus sensibilibus tamen que de magis notis: per has etiam intelliguntur spirituales. De hac materia dicit Scotus: quod non est intentionis philosophi ponere quod iste species a se mutuo universa liter remoueat: sed quod de se mutuo saltem particulariter predicentur. Et ex hoc mouetur quod Aristoteli ponit caliditatem in prima et tertia specie qualitatis.

Quarta species qualitatis

est forma vel circa aliquid constans figura.

Circa quod notandum. quod licet forma possit sumi per formam substantialem vel accidentalem: ut alibi dictum est: tamen in opposito forma et figura sumuntur pro eodem videlicet pro dispositione vel terminati one quantitatatis. Unde in aliqua re figurata possumus considerare tria: videlicet ipsam rem ex qua constat: ut pote lignum. Et quo ad hoc pertinet ad genus substantie. Secundo possumus considerare quantitatem eius terminatam linea

liter et superficialiter. Et sic pertinet ad genus quantitatis. Tertio considerare possumus terminationem vel dispositio nem qualitatis que potest dici forma vel figura eius. et de hac in proposito. Figure igitur vel forme sic accepte reponuntur in hac specie: vt rectitudo: curuitas triangulatio: quadrangulatio.

De concreto qualitatis :

Qualia vero dicuntur.

et. Hic notificat auctor cōcre tum qualitatis dicens q̄ illa dicitur qualia que scdm qua litates denominatiue dicuntur: vt grāmaticus dicitur denominatiue a gram matica. Quedam etiam dicuntur qualia ab aliqua qualitate: sed non denomi natiue: quia scz non est ibi denominatō vocalis. Et hoc dupliciter. Primo modo: quia nomen non est impositum illi qua litati: vt cursor dicitur ab arte currēdi: vel a naturali potentia: cui tamen nō no men impositum. Et ideo licet sit ibi de nominatio realis: non tamen vocalis. Alio modo quia licet sit nomen impositum illi qualitati: tamē concretum non participat illud nomen: vt studiosus dicitur a virtute: vbi tamen non est partici patio in voce: cum non conueniant ī p̄ncipio vocis: et sumitur studiosus pro vir tuoso.

Consequenter ponit auctor proprie tates seu cōmunitates qualitatis: quarum prima est: q̄ contrarietas inest qua litati: vt albedo contrariatur nigredini: et iusticia iniusticie. Hoc patet per diffi nitionem contrariorum. Contraria enī sunt forme positive sub eodem genere maxime distātes que vicissim insunt in ter se mutuo expellendo. Plures autē qualitates sunt huiusmodi: ergo contra rietas inest qualitati.

Sed contra hoc arguitur sic quia albedo et nigredo non sunt forme

maxime distantes: ergo non contrariantur. Consequentia est nota. Probatur antecedens: quia plus distant superfici es et albedo que sunt diuersorum gen erum q̄ albedo et nigredo que sunt eius dem generis. Ad hoc respondeo dupli citer. Primo q̄ maxima distantia con trariorum intelligitur de distantia eorū que sunt eiusdem generis. In genere autem coloris maxie distant albedo: et nigredo: cum sint duo vltima inter que continentur omnes medij colores.

Secundo respondeo q̄ aliqua magi distare potest intelligi dupliciter: vt quia minus conueniunt in aliquo comuni vel quia magis repugnant. Primo modo magis distant superficies et albedo: quia non conueniunt in aliquo genere. Albedo vero et nigredo sunt eiusdē ge neris. Secūdo modo magis distinguū tur albedo et nigredo: quia est repugnā tia eorum ad esse simul. Non sic de sup ficie et albedine: quia simul esse possunt. Hec autē est distantia contrariorū qua mutuo se expellunt. Hoc autem nō est proprium qualitatis: qz non cōuenit om ni qualitati cuiusmodi sunt figure circū latio: triangulatio: nec etiā conuenit co loribus medijs: licet enim medium per comparationē ad extremum habeat ra tionem alterius extremi: vt rubrūz com paratum albo habet rationem nigri: ta men non est ibi contrarietas stricte sup ta: sed tantum large: cum inter illa non sit maxima distantia.

Secunda proprietas quali tatis est: q̄ si vnum contrariorū sit qua le: reliquum erit quale: vt si iustum sit quale: iniustum erit quale. Probatur: quia contraria sunt que ponuntur sub eodem genere. Si ergo vnum est in ge nere qualitatis: et reliquum.

Tercia proprietas est q̄ qua litas suscipit magis et minus. quod pa tet: quia suscipere magis et minus est ā

sua essentia intendi et remitti perfecti⁹ vel imperfecti⁹ p̄cipādo naturā sue speciei. plures aut̄ q̄litates sunt huiusmōi: vt calor et frigus aliq̄n̄ intendunt̄ et aliq̄n̄ remittunt̄: h̄ em̄ gradus fm̄ q̄s forme intendunt̄ nō sint de essentia sp̄ci: quia sicut sp̄s abstrahit a d̄n̄ia indiuiduali sic ab huiusmōi gradib⁹: t̄n̄ faciūt vn̄ p̄ se cū natura specifica ita q̄ ad indiuiduū cōstitutū ex forma specifica et p̄prietate indiuiduali p̄tinet vn̄itue istos gradus: hoc aut̄ nō p̄uenit om̄i q̄litati. Circulatio em̄ et quadrāgulatio non suscipiunt magis et minus.

Et notādū q̄ qualitates fm̄ se suscipiūt magis et min⁹: nō p̄ comparatōē ad subiectū: seu p̄pter maiorem radicatiōē in subiecto: vt quidam false opinant̄: vt p̄t̄. 8. metaphice et. 17. di. p̄. sc̄i. Scoti. et iō succincte p̄ transeo. **Quarta** p̄priet̄ est q̄ p̄p̄um est qualitati simile v̄l dissimile dici. Sicut em̄ q̄ntitas nata est fundare relationē equalitatis: sic q̄litas relationē similitudinis vel dissimilitudinis. **Sed** contra hoc arguit̄ q̄ in diuinis est similitudo: cū p̄sone diuine sint similes in sapientia et t̄n̄ nō est ibi qualitas cū deus nō sit ī ḡne. **R̄^o** sicut dictum est q̄ quedā est qualitas de genere qualitatis et quedā transcendens. sic quedā est similitudo de genere relationis: et illa fundat̄ in qualitate generica. alia est similitudo trāscendens et illa fundat̄ in qualitate trāscendenti. Illa aut̄ dicunt̄ similia que habēt eandem qualitatem vel in numero sicut ī diuinis: vel in specie sicut in creaturis. Unde in diuinis est maxima similitudo equalitatis et idētitatis: cū p̄sone diuine habeant eandem sapientiam potentiaz et essentiam in nūero: nō sic in creaturis.

De p̄dicamēto actionis.

Trio est fm̄ quaz in id q̄ subiectū agere dicimur. **Hic** auctor determinat de p̄dicamento: actiōis. **Pr̄mo** cuius declaratione fm̄ mentem doctoris subtilis. 13.

dist. 4. sc̄i. et. 13. q. quolibetoz sunt aliqua notanda. Et p̄mo q̄ actio dicit respectū agentis ad passum transmutatū.

Sciendū q̄ respectus in genere est duplex: vnus intrinsecus adueniens: et alius extrinsecus. **Voco** aut̄ respectum intrinsecū aduenientē: qui sequit̄ necessario ambo extrema posita in actu: vel quod idem est q̄n̄ necessario sequitur suoz fundamentū posito termino. Et talis respectus est tantū d̄ genere relationis. **Voco** aut̄ respectus extrinsecus aduenientē quando nō necessario sequitur posita extrema simul in actu. Et sub isto membro cadunt ista sex vltima p̄dicamenta: de quibus Arist. parum locutus est. De his enim multa considerat p̄phus naturalis. et de his tractat auct. sex p̄ncipiozū. patet enim de actione et passione q̄ possibile est esse actiū et passum et etiam appozimata: et t̄n̄ nō habere istum respectū. **I.** q̄ agēs sit id a q̄ passuum transmutet̄: nec passum id q̄ ab ip̄o transmutet̄: p̄ ut a sit aliq̄d ip̄s diens actionem. Et p̄ tanto ista sex p̄ncipia nō sunt sp̄s relationis: q̄ relatio dicit respectū intrinsecus aduenientē: ista autem nō. **Item** sciendū q̄ agēs creatum habet quedā respectū ad passum qui ē extrinsecus adueniens et de genere actionis: vt dictum est. Et h̄z aliū respectum ad p̄ductū: vt pater ad filiū: et iste est intrinsecus adueniens et d̄ genere relationis: et pertinet ad secunduz modum relatiuozum. **Item** duplex ē actio. s̄ imanens vt visio intellectus et tranfians: vt calefactio fm̄ quod ponit p̄phus. 9. metaphice q̄d sic potest declarari. **Sp̄atio** enim sicut actio imanens duas habet conditiones: in quibus conuenit cum actione transeunte. **Pr̄ma** est q̄ semper est in fieri: non dico in fieri successiue: quia operatio est indiuisibilis: sed sic in fieri: quia est in continua dependia ad causam eandē et fm̄ idem: sicut de p̄cedentia rei create ad causaz cōseruantem sc̄lz deum. **Secunda** conditio est q̄ operatio quasi trānsit ī obiectū

sicut in terminis: licet nō accipientē esse per ipam: sed p̄supōnit in suo esse. Et p̄pter istas duas cōsideratiōes pōt ope ratio dici actio. ⁊ p̄ istas significat grā matice p̄ verbum actiū. actio aut̄ trāsiens vltra istas duas cōditiōes addit̄ tertiam. s. quia est p̄ductiua alicui⁹ termini: vt accipientis esse p̄ eam: vt calefactio est productiua caloris in ligno vltra passiōē quā infert̄. s. calefieri. Ista aut̄ distinctio actōis sic intellecta n̄ ē cōmunis in sp̄s sed vocis in significatiōnes. Nam actio transiens est vere actio de genere actiōis. Actio vō imanēs est vere qualitas: vt intellectio visio. Sed equiuoce dicit̄ actio p̄pter cōditiōes p̄dictas in quibus cōuenit cum actiōe de genere actiōis.

Notandum insup q̄ aliter calidū caloret̄ calefacit: ⁊ alit̄ calefacit calefactione. Calidū em̄ calore calefacit in rōe p̄ncipiū formal̄ remōti qd̄ est rō agendi. Calefacit aut̄ calefactione in rōne forme primo denominantis: sicut simile formaliter dicit̄ sile similitudine: ⁊ fundamētali dicit̄ simile albedine. In diffinitōe ergo actiōis q̄si dicit̄ q̄ actio ē fm̄ q̄ r̄. ly fm̄ dicit̄ habitudinē forme primo denominantis. Respectus enī quē importat actio nō ē ratio agendi: sed est dispositio mediā inter agens ⁊ effectū p̄ductū. Actio ḡ est fm̄ quā vt formā prio denominantē: dicit̄ agere in id quo d̄ subiectū. s. passū. Deinde ponit̄ auct. p̄prietates actiōis vī. q̄ p̄prium actiōis ē ex se inferre passiōē hoc aut̄ est p̄prie p̄prium actiōis: lz em̄ qualitas quē rō agendi inferat passiōem: hoc tñ nō est immediate: sed mediāte actione. Alterius ponit̄ auct. aliq̄s cōmunitates actiōis et passiōis. P̄ria est q̄ inter actiōes est p̄prietas: vt calefacere et frige facere p̄nant: et hoc est rōe fluitatū p̄larū: que sunt rōes agendi vt calor ⁊ frigus. Sicut̄ int̄ passiōes est cōtrarietas: vt calefieri ⁊ frige fieri cōtrariantur. Scōda p̄prietas cōmunit̄ ē q̄ recipiunt magis ⁊ minus. Calefacere em̄

quod est agere magis et minus dicit̄. s. militer et calefieri quod est pati. hoc est am̄ ipis cōpetit̄ rōe q̄ritatū suscipientū magis et minus.

De p̄dicamēto passiōis.

Actio r̄. post p̄dicamētū actionis tractat̄ auct. de p̄dicamento passiōis describendo seu notificādo qd̄ est passio vī. q̄ passio est effectus illatioq̄ actiōis. i. effect⁹ q̄ infertur ab actione: sicut calefieri infert̄ ex calefacere. ¶ Abi notandum q̄ sicut actio formal̄ dicit̄ respectū agentis ad passū: sic passio dicit̄ formaliter respectū patientis ad agēs: seu transmūtati ad transmūtās. passio ḡ est illa relatio passi ad agens que infert̄ ab actiōe. Ponit̄ auct. alias duas p̄prietates passiōis quarū prima est: q̄ p̄prium passiōis est inferri ex actione immediate. s. Ex hoc p̄ q̄ auctor prius notificat̄ quid est passio per eius p̄prietatem. Sepe em̄ p̄ p̄prietatem circūloq̄mur differētiā nobis ignotas. Scōda p̄prietas est q̄ passio nō ē in agente sed in patiente.

Pro quo notandū q̄ actio pōt sumi dupl̄. Vno mō p̄ respectū agentis ad passū. Alio mō potest sumi actio p̄ forma acta que dū est in fieri est motus. fm̄ em̄ commentatorē motus est forma fluens. Nec autē forma in quantū est ab agente dicitur actio: et in quantū recipit̄ i passū dicitur passio. Unde dicit̄ Arist. scōdo p̄hī sicōz: q̄ motus est actus actiui et passiu: sed passiu vt in ipso: actiui autem vt ab ipso. Actio igit̄ sumpta p̄o respectū agentis ad passū est in agente subiectiue et nō in passū. p̄batur quia in eodē est respectus et fundamētū. Rō enim fundamēti videt̄ hoc ostēdere: nec oppositum est intelligibile: s. p̄tētia actiua q̄ ē fundamētū hui⁹ respect⁹ ⁊ actiōnis est in agente. ḡ talis actio ē in agente subiectiue. Ipsa ḡ actio que est respectus extrinsec⁹ aduentis ē in agente sicut in subiecto. In forma autē q̄ dicitur

potentia est vt in fundamēto primo: si-
militer passio diē respectū oppositū cor-
respondentē isti qui suo mō similiter est
in passio et potētia passiuā. Actio x̄o ac-
cepta p̄ forma acta p̄ducta p̄ actōez
de genere actōis est in passio vt in subie-
cto. Hoc patet p̄ p̄fū. 9. meta. dicentē:
Edificatio est in edificato: accipitur ibi
edificatio p̄ forma acta p̄ edificacionez.
p̄barur etiā qz talis forma acta dū est ī
fluxu est motus: vt dictū ē. Motus autē
est in mobili subiectiue: ex. 3. ph̄icoruz.
Et p̄dictis patet qz licet actio et passio
sunt idē mot⁹ materialiter: cū tamē for-
maliter distinguātur: nec dicāt motum
sedm se: sed p̄relatōez ad agēs ⁊ passuz
sūt diuersa p̄dicamēta. Motus x̄o cum
formaliter sit forma in fluxu est in eodez
genere cū forma q̄ p̄ modū inducitur.
¶ Si queratur in quo habeatē subie-
ctiue: creatio: actio: ⁊ creatio: passio: Re-
spondeo fm̄ Scoti. 13. di. 4. sen. et. 12.
q. quolibetoz: qz nō ē p̄p̄e creatio: actio:
nec creatio: passio: cū actio et passio non
sunt nisi respectu alicuius passi. Creatio
autē nō p̄supponit aliquo passum: vñ cre-
atio passio dicit relationē depēdētē cre-
ature ad deū q̄ est idē cuz creatura: ⁊ sic
est subiectiue in ipsa: cū nō possit eē sine
tali depēdētia. Est autē idē respectus a
p̄te rei ad deū creatē et cōseruātē: s̄z cre-
ari imp̄tat huiusmōi respectū cuz respec-
tu ratiois ad nō eē p̄cedēs. Conseruari
x̄o cū respectu ratiois ad eē p̄cedens.
Et sic creatura non creatur nisi in p̄nci-
pio in instāti: nec p̄seruatur p̄p̄e nisi p̄
p̄mum instans. qz x̄o creatio et passio ē
relatio realis creature ad deū: idē crea-
tio: actio est relatio ratiois dei ad crea-
turā corespōdēs. Unde creatio actio for-
maliter dicit respectum h̄mōi includen-
do ⁊ cōnatādo volitionē diuinā trāseū-
tē sup̄ ob̄i. p̄ductū. Ille autē respect⁹
habz solū esse obiectiue in intellectu cō-
parāte deum ad creaturā. Volitio autē
diuina cōnotata est ip̄e de. Obiectū x̄o
sup̄ qd trāsit ē ip̄a creatura p̄ducta.
¶ Dubitari vltērius possz de actuali in-

herētia accētis absoluti ad subiectum ī
quo ponatur genere. Non eī ponit ī ge-
nere relationis cum sit respectus extrin-
secus adueniēs. An pōt esse tale accētis
absqz inherētia actuali: vt patet in sac-
ramento altaris. Ad hoc respondet Scot-
tus. 12. di. 4. sen. qz talis respectus po-
test p̄tinere ad genus actōis: posito qz
actio dicat nō tm̄ respectū agentis ad pas-
sum: sed forme inforātis ad illud qd ī
formatur. Et p̄t p̄tinere ad gen⁹ passi-
onis si passio dicat nō tm̄ respectū passi
ad agens sed ad formā. ¶ Circa qd no-
tandū qz licet om̄is forma recepta siue ī
potentia cognitiua: siue in potētia appe-
titua possit dici passio: siue fiat cū trans-
mutatōne corpali: vt delectatio sit cum
cordis dilatatione: dolo: x̄o v̄ tristitia
cū restrictōne: siue fiat absqz huiusmōi
transmutacione: vt cōceptus animē di-
citur passio. An ī libro p̄mo p̄p̄erme-
nias d̄r qz voces sūt earique sūt ī anī a
passionū note: id ē signa conceptū siue
rerū cōceptarū: tm̄ h̄mōi forme in passio
recepte nō spectāt ad genus passionis:
sed bñ ip̄a receptio h̄mōi formarū. De
ceteris autē p̄dicamētis. s. qñ: vbi situs:
et habitus nō facit auctor mentionē nisi
in generali: et ideo de his breuiter me
expediam: et primo de p̄dicamento qñ:
quod sic diffinitur ab auctore sex p̄nci-
piorum.

De p̄dicamento quando.

¶ Quando est qd ex adia-
centia t̄pis in re tpali relinqdē

¶ Ad cuius euidentia sciendū
qz quādo in p̄posito tantum
valet sicut esse aliquādo v̄ in aliquo tē-
pore: vt esse hodie: eri: cras: esse in tem-
pore p̄senti: p̄terito et futuro. Est igit
quando respectus causatus in re tempo-
rali ex adiacentia temporis ad ip̄az. Ex
quo patet qz quando ē respectus extrin-
secus adueniēs: qz nō necessario sequi-
tur extrema posita in esse. potest enī esse
tēpus et res temporalis absqz h̄mōi ad-
iacentia: ⁊ sic absqz qñ: vtputa si ponat

res temporalis extra celum. Temp^o em̄
hic sumitur p̄ tempore quod est mensu-
ra motus celi. Et ideo illo tpe p̄pe mē-
surantur temporalia que habent muta-
bilitatē a motu celi. Unde dicit doctor
subtilis. 49. di. 4. sen. q. motus corpo-
ris gloriosi nō mēsurabitur tempore no-
stro: qz nō erit subiectū variationi: tunc
corpus nostrum nec aggrauans.

De predicamento vbi.

Vbi vero est respectus
corporis a loco: circumscripti-
one procedēs. Circa qd notā
dum: q vbi in pposito est eē
alicubi localiter: vt eē in ciuitate: in ec-
clesia: in domo: in camera. vñ vbi dicit
respectū corporis circumscripti seu locati
ad locū circumscriptentē. Ipsa autē cir-
cumscribitio actiua que fādatur in loco
circumscribente licet significetur per di-
ctionem actionis: non tamen est actio:
sed relatio ptinens ad hoc genus scdm
Scotum: dicitur. p̄ma. 2. sen. Quod ex
hoc patet: quia superficies corporis con-
tinentis cum sit quantitas que consequē
materiam non est forma actiua. Quod
autē vbi sit respectus extrinsecus adueni-
ens patet cū corpus et locus p̄nt esse eti-
am approximata absqz circūscriptōne lo-
cati seu coextēsiōne: vt patet de corpore
christi in sacramēto altaris: qd est p̄sens
sp̄bus panis et vini: nō tamē localit̄ cū
sit in qualibet pte totum: et sic nō coextē-
ditur ip̄is speciebus. Possēt etiā deus
facere corpus et locum absqz vbi eē lar-
ge sumpto: qd ē esse tm̄ in loco p̄tialit̄:
vt puta formādo aliqd corpus eē vniuer-
sum: et annihilādo om̄ia que sūt in sup̄fi-
cie p̄caua celi: vt declarat Sco. 2. q. quo
libetoz. Tūc em̄ eēnt corpus et locus
sine respectu p̄sentialitatis. ¶ Et si qz
ras in quo p̄dicamēto ponēt vbi angeli
cū angls non sit in loco circumscriptiue
sed tm̄ p̄sentialiter seu diffinitiuē. Res-
pondeo qz accipiēdo vbi p̄prie: put
diffinitur ab auctore sex p̄ncipiorum nō
ponetur in p̄dicamento: cum angls non

circumscribatur loco: sed bñ accipiēdo
large p̄ respectu p̄sentialitatis ad lo-
cum. Vñ Scotus. 20. di. 4. sen. dicit:
qz licet nō sint plura genera q̄ decez: tm̄
rationes eorum nō ita assignantur gene-
ribus: sicut possent assignari. Cū autem
vbi sit respectus extrinsecus adueniens
ita etiā erit situs vel positio cum p̄sup-
ponat vbi.

De predicamento situs.

Situs enim vel positio
vltra esse in loco dicit ordinē
partium adiuicent: et ad ip̄-
sum locū. Vñ fm̄ Sco. vbi s:
duplex est positio: quedā enī dicit ordi-
nē p̄tū adiuicē: et hec ē or̄isū q̄ntitat̄.
Alia dicit ordinē p̄tū in loco: q̄ dicit p̄-
dicamēntū situs: vt stare: sedere: iacere.

De predicamento habitus.

Habitus autē est corporoz
et eoz q̄ circa corpus sūt adia-
centia: vt armatio: indutio:
calciatio. ¶ Autē habit^o sit re-
spect^o extrinsec^o adueniēs patet: qz nō
necērio sequit̄ extrema posita i eē. P̄pos-
sunt enī corpus et arma eē sine tali respe-
ctu: vt pote si vnū nō applicetur alteri.

De postpredicamentis.

Dicitur autem. 27.
hic determinat auc. de postp̄di-
camētis q̄ valēt ad declarati-
onē p̄dicamētoz: et p̄mo tra-
ctat de oppōe. Circa qd sciēdū qz dupl̄
est oppō: qdā cōplexoz: et de illa sit men-
tio in tractatu p̄positionū: alia ē incom-
plexozū: et de hac habet in pposito. Est
autē oppōitio formalis repugnātia aliqz
rū duoz que impossibile est simul esse in
eodem respectu eiusdem: et sunt quattu-
or species eius. s. oppōitio relatiua: cō-
traria: p̄uatiua: et contradictoria. Si
arguatur qz omnia oppōita sunt relati-
ua: cum oppōitum dicat habitudinē
vnius oppōiti ad aliū. Est enī oppōitō
oppōitoz positio et oppōitū ē oppōitū

oppositū: ergo oppositō relatiua male ponitur species distincta ab alijs. Respon-
deō q̄ licet opposita in q̄ntū opposita si-
ue q̄ntū ad p̄ se significatiōē vel inten-
tionē oppōnis seu repugnatiē dicantur
relatiue adinuicē: tñ q̄ntū ad substractū
q̄ subest illi intentōi nō omnia opposita
sunt relatiua: imo quedā sūt contraria:
vt albu et nigrū: quedā relatiua: vt pa-
ter et filius. Mō ē aut̄ incōueniēs oppo-
sitiō ē de genere relatiōis: licet oppo-
sita: vt albedo et nigredo: pater et filius
sūt diuersoz generē. Relationes enim
eiusdē mōi fundātur in rebus diuersoz
generū: vt idēitas in suba: similitudo ī
qualitate: et equalitas in q̄ntitate. Illū
etiā q̄ ē alicuius generis, sicut p̄cretu et
generis relationis potest denominatiue
dici de plib⁹ gñib⁹ fm sco. 12. di. 4. sc̄.
¶ Sūt aut̄ relatiue opposita q̄ adinuicē
referūtur: vt pater et filius: que q̄dē nō
p̄nt simul inesse eidē respectu eiusdem:
sed bñ respectu diuersoz. **Drūt. De rela-
tiuaa p̄trarijs:** qz vnū relatiuū coerigit
aliud a sui esse: vt p̄ nō p̄t eē q̄n habe-
at filium: nō sic de cōtrarijs. ¶ Contra-
ria aut̄ sunt que sub eodē genere posita
maxime ad se inuicē distāt: et eidē suscep-
tibili xissime insūt vnū alterū expellen-
do: nisi altez insit a natura: vt albedo ī
est cigno: et nigredo coruo. Ista descrip-
tio contrarioz satis patet ex his q̄ dicta
sunt in p̄cedentibus: vt albedo et nigre-
do cōtrariā q̄ maxime distāt in generē
coloroz: nec p̄nt inesse eidē simul fm idē:
licet bñ scdm diuersa. Et intelligit̄ dis-
stantia cōtrarioz de distantia q̄ dicit̄ re-
pugnatiā formālē: nō aut̄ de distātia lo-
cali. Sursū enī et deorsū licet large pos-
sint dici p̄traria: nō tñ strictē: que quidē
habēt inter se distantiā localē: nō tamē
hñt repugnatiā formālē. Ande idē cor-
pus x̄tute diuina possēt esse sursum et
deorsuz: vt diffuse declarat̄ sco. 10. di.
4. sen. qz aut̄ auctor fecerat mentionem
de cōtrarijs q̄ alicui insūt a natura: vt ca-
lidas inest igni a natura: ideo dicit̄ q̄
calidas nō est in igne sicut accēs ī sub-

lecto: sed sicut substantiale in eo cui⁹ ē.
Est tamē in materia ignis sicut accēs ī
subiecto. Ad cuius euidentā notanduz
qz licet auctor nō teneatur a plurib⁹ eo
modo quo sonāt eius vba: p̄t tamē ali-
qualiter exponi: vñ substantiale p̄t sumi
vno mō p̄ eo qd̄ ē de rōne formali qui
ditatiua alicuius: sicut ratiōale hoc mō
est de essentia homis. Alio mō p̄ eo qd̄
p̄sequitur substantiam vel naturā alicui-
us: et sic risibilitas p̄t dici substantial
homis: licet nō sit de diffinitionē quidi-
tatiua eius: sumē do igitur subale p̄mo
modo calidas nō ē subalis igni. Cum
enī sit accidēs alicuius entis nō erit de
substātia alicuius: qz qd̄ vere ē nulli acci-
dit: p̄mo p̄bicoz. Sumendo vō subale
p̄ eo qd̄ cōsequitur naturā alicuius: sic
calidas p̄t dici substantiale igni. Est
enī accēs ī se ipse cōsequēs naturā ig-
nis: et eius p̄p̄tas competens omni licz
nō soli. Et dicit auctor qz subale igni si-
cut s̄t ea que cadūt sub diffinitione alicui-
us: nō fm p̄dicationē essentialē supple-
sed scdm principium: sicut punctus pos-
nitur in diffinitione linee qz ē p̄ncipium
vel finis linee: nō tamē p̄dicat̄ essentialē
de linea: sic calidas potest poni in dif-
finitione ignis nō quiditatiua cū nō p̄-
dicet̄ essentialiter de igne: sed in diffiniti-
one que datur p̄ additamentū: scz large
sumpta seu descriptiōe tanq̄ eius pro-
p̄rietas q̄ est p̄ncipiū quo ignis calefac̄.
¶ Et notandum qz in exemplis nō req̄-
ritur om̄imoda similitudo: qz vbi ē om̄i-
no simile est magis idēitas q̄ exēplū:
Qz aut̄ nō fuerit intentio auc. ponere qz
calidas sit forma subalis ignis: patet
ex hoc qz dicitur qz est ī materia ignis si-
cut accēs in subiecto. Forma enī substā-
tialis nō ē in materia vt accidens ī (b-
iecto: cum ex ipis cōstituitur vnum ens
per se. Est aut̄ calidas in materia ig-
nis sicut accēs in subiecto: qz non conse-
quit̄ ipam naturā inseparabiliter. Inest
enī calidas igni a natura: nō ratiōe ma-
terie sed ratione forme: sicut risibilitas
necessario consequit̄ hominē n̄ in q̄ntū

animal: sed in quantum rationale secundum Scotum. 25. dist. 2. secundum. quia & caliditas non consequitur inseparabiliter materiam ignis: ideo dicit auctor quod est susceptibilis caliditatis & frigiditatis. Quod est verum mediate forma substantiali quod scilicet potest informari aliquid forma quam consequitur frigiditas: ut forma aque vel alia quam consequitur caliditas ut forma aeris. Immediate autem non potest recipere materia aliquid accidentis. unde opinio illa est falsa quam ponit commentator primo philosophorum. videlicet quod in materia reprobabilium & corruptibilium oportet intelligere dimensiones interminatas seu incompletas ante aduentum forme substantialis: que quidem post eius aduentum accipiunt esse completum & terminatum. hanc enim improbat Scotus. xij. dist. 4. secundum. Tunc quia forma de genere priori non potest perficere susceptivum de genere posteriori. & nec forma substantialis dimensiones. Tunc quia forma substantialis est talis actus qui natus est constituere unum per se aliquo modo de genere quantitatis. Unde quantitas non est ratio media inter actus et passus. Agens enim naturale attingit materiam secundum essentiam nudam: ut passum ab eo immediate transformatur. unde quod ex aqua generatur aer prius natura corrumpunt omnia accidentia aque cum eius forma substantiali quod in illa materia introducat forma aeris. Agens autem naturale sicut potest generare substantias que non prius: sic potest generare accidentia consequentia ipsarum. Consequentem determinat auctor. que sunt privative opposita videlicet. quod illa que habent fieri circa idem subiectum ordine irrefragabili & tempore determinato a natura. Unde ab habitu est devenire in privationem. A privatione autem in habitum est impossibilis regressus: ut cecitas & visus habent fieri circa oculum. et a visu contingit fieri motum in cecitate: sed non e converso per naturam licet bene per miraculum. Dicit autem notanter tempore determinato a natura. Causis enim ante nonnullum diem nec est videns nec cecus: quia ante illud tempus non est natus habere visum. & ideo post illud tempus naturaliter videt. Et si arguatur quod tenebra est

privatio lucis: et tamen aer fit de tenebroso lucidus. & fit regressus a privatione in formam vel habitum. Respondetur quod duplex est privatio. Quaedam est cuius habitus est a principio innato: cuiusmodi est cecitas: quia visus est a principio intrinseco. Alia est privatio cuius habitus est a principio extrinseco: ut tenebra in media. De prima intelligitur dictum Aristotelem non de secunda.

Sed contra hoc arguitur. quia a quiete que est privatio motus bene est regressus ad motum. et ab ignorantia que est privatio scientie est regressus ad scientiam: & tamen tam scientia quam motus sunt a principio intrinseco seu innato. & ideo illa non intendit Aristotelem. Respondetur quod privatio que est a principio innato est duplex. Quaedam est que tantum privatur habitum & non tollit principium habitus. et de ista procedit argumentum. Tali enim bene est regressus in habitum. Alia est que tollit habitum et principium privatur habitus: ut cecitas privatur visum & debet tam dispositionem organi. et de illa intendit Aristotelem. Ab ipsa enim in habitum naturaliter impossibile est regressus.

Contradictoria sunt affirmatio et negatio eiusdem de eodem: ut homo: non homo: album: non album.

Ubi sciendum quod licet de quolibet dicatur altera pars contradictionis: ut de quolibet verum est dicere quod est homo vel non homo: non tamen cum per se: ut dicit Scotus secunda distinctio. primi sententia. Utraque enim harum est falsa: homo est per se albus: homo est per se non albus. Nec enim albedo nec non albedo per se inest homini. Contradictoria etiam non predicantur de quolibet cum replicatione. Unde utraque harum est falsa: homo in quantum homo est albus: et homo in quantum homo est non albus. Aliterum igitur contradictorum non dicitur de quolibet quando terminatur de quo dicitur accipitur distributive. Ratio huius est quia unum supposito potest inesse unum et alteri alterum. Unde neutra istarum est vera

Tractat⁹ De postp^odicameⁿ. prius. silitudi. 7 mo.

Omⁿis hō est albus: 7 oīs hō ē nō alb⁹.
Notandū ^{insup q^o p^oietas distin-} ^{guis a p^ouatiōe 7 contra-}
dictione. quia i cōtrarietate quodlibet
extremū est formaliter aliquid positiu⁹
nō sic in alijs. Item p^ouatio 7 cōtradictō
nō sūt idē absolute: quia licz p^ouatio sit
quedā cōtradictio inquantū vnuz pri-
uatiue oppositorū est negatio alterius
tamen p^ouatio pprie sumpta fundamen-
talit^{er} pōit subiectū aptū natū. Cōtradictō
autē de sui rōe: nec ponit ex^otiā subiecti
nec aptitudinem in subiecto. vnum enī
extremum p^oradictōis verificatur et de
ente et de non ente: vt animal non videt
et nō ens non videt.

De modis prior⁹.

Prius autem rē.

Cōsequens pōit auc. modos
p^oris. **Primo** modo aliquis
dicitur esse prius alio tempo-
re: vt senior est prior iuvene. **Secundo**
modo aliquid dicitur prius alio quō nō
cōuertitur scōm consequenti ā subsisten-
di quādo arguitur deest scōdo adiacēs-
te ad est secundū adiacēs. et dicitur est
secundum adiacēs quando non ponitur
predicatum: vt homo est. Dicitur autē
tercium adiacēs quando ponitur predi-
catum: vt homo est albus. **Hoc** mō ani-
mal est prius natura homīe: qz bene se-
quitur: homo est: ergo animal est: s; nō
econuerso. **Tercio** modo aliquid dicit^{ur}
prius scōm ordinem: vt in scientijs p^o-
cipia sunt p^ora conclusionibus. **Et** di-
cuntur scientie discipline a discipulo: 7
doctrina a doctore. **Quarto** aliqd dicit^{ur}
prius dignitate honore vel p^ofectione.
Quint⁹ modus prioris qui tpe philoso-
phi nō erat ita assuetus sicut alij est eoz
que p^ouertunt scōm essendi cōsequentiā.
et vnū est causa alteri⁹ qdā mō vt sit. **Et**
tale digne 7 rationally pōt dici prius
natura: quia sine p^oradictione vnū pōt
esse sine alio: et aliud non sine ipō qd d^o
pus nā. 5. metaphice: vt res ē cā vitat⁹
orōis facte d^o ipā re: vt si cursus a pte rei

insit hōi bñ sequit^{ur} q^o illa p^o hō curris
ē hā: 7 econuerso. Aliqu^o tñ pus nā d^o q^o
aliud depēdet: 7 a q^o p^ouertit: lz nō possit
esse sine ipō. **Et** hoc mō subcōm ē pri⁹ nā
ppria passioe. alios modos p^oris vide-
q^oto metaphice.

De modo similitatis.

Simul dicitur rē.

Deīn ponit auctoz modos si-
militatis. **Primo** modo ali-
qua dicuntur simul tēpore: vt sunt illa q^o
eodem tempore generantur. **Secundo**
modo aliqua dicuntur simul que cōuers^o
uertunt^{ur} s^om p^onam subsistēdi: 7 neut⁹ ē
cā alter⁹: vt p^oter et filij. **Et** si arguas q^o
pater est causa filij. **R**espondeo q^o vep^o
est de absoluto patris. **A**bsolute enim
patris non refertur ad filium: nec cō-
uertitur cum ipō. **Tercio** dicuntur siml^o
que econtrario diuidūt aliquid genus:
vt homo 7 equ⁹: licet enī homo sit s^om se
perfectior equo: tamen dicuntur simul
p^o compositionem ad genus quod diui-
dunt. **Et** si queras cum tot modis dica-
tur vnum oppositorum quot modis res
liquum: quare non ponit auctoz tot mo-
dos silitatis quot p^oritatis. **R^o** q^o licet
possent poni vtpote simul s^om ordinem
vel p^ofectionem: tamen nō fuit neces-
se illas exprimere: quia satis habentur
per modos prioris: cum vnum opposito-
rum cognoscatur per reliquū.

Contra secundum modū de
simul. **C**ausa est ad cuius esse sequitur
aliud: sed ad vni⁹ eē relatiui sequitur es-
se alterius. ergo vnum est causa alteri⁹.
dico q^o licet esse vnus sequatur ad ali-
ud scilicet illatue: non tamē causalit^{er} et
s^om modum quo effectus sequitur suam
causam: **E**t sic consequentia subsisten-
di est in qua ad esse vnus sequitur esse
alterius: et neutrum est causa alteri⁹.

De sex speciebus motus.

Dixit^{ur} āt sex sūt spe-
cies. generatio: corruptio:
augmentatio. diminutio: al

teratio: scđm locum mutatio.

Quia in predicamentis iam facta est sepe numero in entio de contrarietate: et motus est a contrario in contrarium: idcirco Aristoteles inter postpredicamenta ponit sex species motus: que sūt Generatio: Corruptio: et Augmentatio: Diminutio: Alteratio: et scđm locum mutatio: que proprie non sunt species: sed modi vel maneries motus.

Notandum insuper q̄ motus potest capi dupliciter: scilicet: proprie: pro mutatione successiua: et sic est solū in tribus generibus: scilicet in q̄ntitate: qualitate: et vbi. Et hoc modo capiēdo motum generatio vel corruptio forme substantialis nō est motus: qz fit in instanti. Unde si ex aqua generetur seu produceretur ignis in toto tempore precedenti est alteratio: puta calefactio: dispositiua materie aque ad introducendam formam ignis: et in vltimo instanti illius alterationis introducit forma ignis in illa materia: et forma aque corrumpitur: ita q̄ generatio ignis est terminus alterationis precedentis.

Alio modo sumitur motus large: scz pro omni mutatione siue successiua siue instantanea: et sic sumitur in proposito.

De generatione.

Generatio est progressio

non esse ad esse. Corruptio vero est progressio ab esse ad non esse.

Contra istud potest quis arguere sic: Inter contradictoria non est medium: vt habetur quarto metaphisice: ergo generatio non est progressio a non esse ad esse. Probat̄ consequentia: quia tunc generatio esset mediuz inter illa. Respondeo q̄ nō esse potest capi dupliciter. Ano modo pro non ente simpliciter: quod scilicet est purum nihil. Alio modo potest capi pro ente imperfecto: quod per comparationem

ad ens perfectum respectu cuius est in potentia dicitur non ens: vt semen respectu animalis inde generandi.

Primo modo esse et non esse sunt contradictoria: et inter ipsa nullum est medium. Sed secundo modo capiēdo esse et non esse non sunt contradictoria: sed habent se vt priuatio et habitus: et sic sunt termini generationis. Et isto modo bene est medium inter ipsa.

De augmentatione.

Alteri^o auc. diffinit̄ augmētatoz. vi. **A**ugmentatio est preexistentis quantitatis additamentum. Diminutio vero est preexistentis quātitatis minoramentum.

Contra hoc potest argui sic.

et videtur q̄ augmentatio non sit possibilis naturaliter locando. Probat̄: quia si sic: tunc duo corpora possunt esse naturaliter in eodem loco: Consequens est falsum. Quod sic pot̄ probari: quia causa quare duo corpora non possunt simul esse in eodem loco est: quia dimensiones vnius corporis non compatiuntur secum dimensiones alterius: scđm Aristotilem quarto phisicorum: Si autem fieret augmentatio essent ibi dimensiones alimēti cum dimensionibus aliti vt pote dimensiones cibi cum dimensionibus carnis. Respondeo quando alimētum conuertitur in animal possunt et corrumpitur forma substantialis alimēti: corrumpitur etiam quantitas et cetera accidentia ipsam formam consequentia: et i illa materia a generate introducit non tantum forma carnis: sed etiam quantitas et accidentia ipsam formam consequentia: et sic non est ibi repugnantia dimensionum. Ipsa autē forma carnis inducta in materias nutriti est noua: cum prior non potest informare duas materias adequatas: scđm Scotum. 44. di. 4. sen. Unde nutritio fit per quandam ingenerationem: seu intrinsecam generationem partis noue

loco ptis antique que fluxit. Augmentū
No fit p aggregationē ptis quante seu
maioris. Deinde dicit auctor q altera-
tio ē mutatio ab aliqua qualitate ī aliā
qualitatem cōtrariā vel mediā: vt ab al-
bedine in nigredinē vel ī medios colo-
res. Mutatio autē fm locū est mutatio ab
vno loco in aliū. Et sunt sex species ei?
scz sursum deorsum ante retro deorsū
anistrosium.

Abere dicitur multis
modis rē. Quia habitus est
vniū decē pdicamentoz iō po-
nit auct. diuerfos modos ha-
bendi scz qualitatē vel quātitate: Al ea
que circa corpus sunt siue q ad ptez cor-
poris: vt habere in digito anulū: siue q
ad totum corpus: vt habere vestimētū.
Quarto mō dī quis hīre mēbrū. Quin-
to mō dī ptinens habere cōtentm. Sex-
to mō habere possessionē. Septio ha-
bere vxorem. et iste modus fm Arist. ē
alienissimus qz hīs habet. Viri enim
mulieris est mutua corporoz potestas.

**Incipiunt syllogismi
De syllogismo in gene-
rali. Capitulū primum.**

Propositio est rē.

Postq̄ in pcedentib' auctor
tractauit d' ptrib' syllogismi.
Hic p̄nter tractat de ipō syl-
logismo. Et qz innata ē nobis via a ma-
gis cōibus ad minus cōia. pcedere p̄mo
pbicoz: iō p̄mo tractat de syllogismo
simplr seu vniuersalr sumpto. Et qz syl-
logism' cōponit ex ppōib': premitit
quid ē propositio di. qz ppō est orō af-
firmatiua siue assertiua alicui? de aliq:
v' negatiue alicui? ab aliquo. Et ponit
ibi orō tanq̄ genus ad ppōem. Per il-
lud autē disunctū affirmatiua vel nega-
tiua circuloquit dñam. ¶ Circa qd sci-
endū qz aliter distinet ppō in libro porz
et alr in libro topicoz. Distinet in libro
porz fm qz est p̄ncipiū syllogismi inferē-
tis in mā gñali in qua nō p̄siderat veri-

tas vel falsitas. Et sic ppositio est oratō
affirmatiua alicui? de aliquo rē. In li.
No posterioz distinet fm qz ē p̄ncipiū
syllogismi demonstratiui. et sic ppositio
est enuntiatiōis altera ps. s. vera. Nam
syllogism' demonstratiui? est solis euide-
ter veris est. In libro vero topicoz disti-
nit put est p̄ncipiū syllogismi dialecti-
ci. Et sic ppō dialectica ē interrogatio
pbabilis omnibus vel plurib' aut sapiē-
tibus. ¶ Quia etiā ppōnes cōponunt
ex terminis declarat quid sit terminus
di. qz termin' ē in quē resoluit ppō. vt
in subiectū r ī pdicatu. Unūqzqz enī re-
soluit in ea ex qbus cōponit: qz qz ppōsi-
tio cōponit ex terminis. s. ex subiecto et
pdicato qz sunt mā ppōnis. iō resoluit ī
ipa. Et intelligit hoc de resolutione que
est in voces significatiuas: nō autē d' illa
que ē in lras r syllabas: qz talis resolu-
tio nō p̄siderat a logico sed a grāmatico
Unde terminus ē qd minimū in logica
cōsideratū vltra quē logic' nō descendit
Syllogism' No ē qd maximū vltra quē
nō ascendit. Vttera No ē quid minimū
in grāmatica: et orō qd maximū. Dicit
etiā subiectū r pdicatu termini ppōis:
quia sunt duo extrema ipam ppōem ter-
minātia. Copulauit r si large possit di-
ci terminus: nō tñ p̄pōe: qz tūc ī syllo-
gōēnt plus qz tres t̄mini: qd ē falsuz. Un
resolutio p̄pōe hz fieri in mān r nō in
formā: qz No syllogismi regulant p̄ dici
de omni r dici de nullo: iō auct. p̄nter de
clarat quid sit dici de omi di. qz
Dici de omni est quādo nihil ē
sumere sub subiecto de quo nō dicat p̄
dicatū: vt omnis hō currit. Hic cursus p̄
dicat de omi hōie. Un tūc in aliq ppōe
est dici de omi qn pdicatu affirmat de
subiecto distributo pro omib' suis sup-
positis. Et p hoc p̄nt reglari syllogismi
affirmatiui: vt oē aīal currit: ois hō est
aīal. qz ois hō currit In maiori et dicitur
cursus de aīali distributo. qz affirmabit
de qlibet in ppositio aīalis. Cū qz ī mino-
ri sumat homo sub aīali sequit qz curs'
predicabit de homine in cōclusionē.

Fallacia ⁊. Post q̄ auctor in pcedentibus determinauit de syllogismo sophistico et eius meritis: cōsequēter determinat de locis sophisticis seu fallacijs. Et primo ponit fallaciā in cōmuni dicens q; fallacia est idoneitas ad de capiendum fallacia creditur de nō ente q; sit ens: vel de ente q; sit non ens mediante fantastica visione. Circa qd notandum q; fallacia dupliciter capiet. Vno⁹ passiuē: scz que est ex deceptōe illi q; palogizatur. s. respondentis: ⁊ tunc dicitur sic. **Fallacia** ē deceptio impti in arte sophistica ppter ignorantia artis sophisticæ. Alio modo capitur fallacia pro causa huius deceptōis: scz p loco sophisticō in quo fūdātur argumenta sophisticā. et ista sumitur in hac diffinitione. **Alterius sciendū** q; in omni fallacia ē duplex causa: scz apparentie: que mouet ad credendum illud quod fū est. ⁊ causa defectus que facit creditum esse falsū: et latet sub causa apparentie in fallacia equocatōis. Causa apparentie ē vnitas vocū cui videt correspondere vnū significatū sub qua latet cā defectus: scz pluralitas significatōz. Rōne igit cause apparentie fallacia seu locus sophisticus hz q; sit idoneitas decipiēdi: q; tali apparentia in dictōibus vel rebus sumit p intellectū discurrētē aptitudo ad decipiēdū sicut a loco dialecticō elicic cōueniēs argumentū: hoc autē fit mediāte fantastica visione siue cognitione intellectus misti et alligati fantāse qua sepe decipitur: nō aut intellectus pure ⁊ iustus.

Fallacia aut in cōi diuidit p fallacias in dictōe: et p fallaciā extra dictōe.

Fallacia in dictōe ē cui⁹ causa apparentie sumit ex pte dictōis: cui⁹ multitudo significatōz sepe ignorat: ⁊ sumit h dictō

nō p voce incompleta tñ: s; p voce significatiua q̄ dī vel pferē siue cōplexa: siue incompleta. An fm Arist. Fallacia in dictōe sumit qm̄ ex eisdē dictōibus vlt orōib⁹ nō idē significat⁹. h̄mōi aut fallacie ser sūt spēs. s. equiuocatio: amphibologia: compositio: diuisio: agētus: et figura dictōis. Fallacia extra dictionē est cui⁹ causa appetitē nō sit ex multitudine dictionū: s; sumitur ex pte rerū q̄z multiplices habitudines ignorātur nō quidē ex pte rerū absolute: sed vt significānt p voces: et tales fallacie sūt septē: s; accūs fm̄ qd̄ ad simplicitē: ignorantia elenchi: petitio principii: agētus: et vt causa: plures interrogatōes vt vna: et magis dicit fallacia extra dictionē q̄ fallacia rei: qz res nō cadūt in diffinitōe nec causant deceptionē respondētis nisi p rlatōes ad dōes: licet etiā res ordie nature pcedant dī. tōes: qz tñ res nō cadūt in disputatōe nisi p voces et dictōes ideo pus agit de fallacijs in dictōe q̄ extra dictionem. ¶ Et notandū q̄ fallacie nō dicūt in dictōe aut extra dictionem cā defect⁹ ex pte eaz cum in omnibus sit cā defect⁹. Ex pte rei: vt patet i equuocātōe vbi causa defectus est diuersitas significatōz que se tenz ex parte rei. Quia nō numerus fallaciārū in dictōe sumitur fm̄ diuersos mōs multiplicis: ideo auctor consequenter de ip̄is determinat. Est autē multiplex dictio vlt orō vere vlt apparet plura significans. Et dicitur multiplex: quasi multiplex in vnū. et est triplex. s. multiplex actuale: potēiale: et fantasticum. Multiplex actuale est dictio vel oratio vna fm̄ subaz et fm̄ modum pferendi diuersa significans. Dictio in equiuocātōe: vt ciuis: Dō in amphibologia: vt liber Aristi. Circa quod notandum q̄ littere et syllabe sunt materia seu substantia dictōis et dictiones sunt materia oratōis. Modus aut pferendi in proposito se habet vt forma. Vbi est ergo vnus modus pferendi: vbi est vna forma: et qz a forma sumitur actualis vnitas rei: ideo talis

vox ē actualiter vna. Multiplex igitur actuale ē dictio vel oratio actualiter vna multa significās. Multiplex potēialis est quādo dictio vel orō eadem fm̄ substantiam: et diuersa scdm̄ modū pferendi diuersa significat: dico in accentu: vt populus. hec dictio prima longa significat arborem: et p̄ma breui significat collectionem hominum: iuxta illum Aristi. Populus ē arbor: populus collectō gētis. Exemplū de orōne in compositōe et diuisione: vt quicqd̄ viuūt: temp̄ est. qz hec orō aliud significat si fiat punctus ad viuūt: et aliud si fiat punctus ad temp̄. Est igitur multiplex potēiale qm̄ vox potēntialiter vna plura significat. que dicitur potēntialiter vna: qz tñ ē ibi vnitas mater et non forme seu modi pferendi. Multiplex fantasticum ē qm̄ vox vnū significans videtur aliud significare ppter cōuenientiam ei⁹ cum alia dictione: s; vigere significat qualitatē: qz significat habere vigorem. qz nō sūt terminā sicut agere videtur significare actionem. Et dī multiplex fantasticū: qz tal dictio nō habet plura significata fm̄ veritatez s; fm̄ apparetū. Dicitur enī fantastici⁹ a fanos qd̄ ē appetitio. i ppo alid bz q̄ sic.

Quiuocatio: et

Post q̄ auc. determinat d fallacijs in gñali: h̄ p̄ter determinat de ip̄is i sp̄iali. et p̄mo de equuocātōe: q̄ scz peccat fm̄ multiplex actuale dictōis. ¶ Fallacia aut equuocātōis ē idoneitas decipiēdi pueniēs ex actuali vnitate dictōis pla significātis. Cā appetitē h⁹ fallacie ē vnitas dōis pla significātis ppter quā vnitate credim⁹: qz sic dictio ē actualit vna: qz etiā habeat vnū cū significatū. Cā defect⁹ ē plitas significatōz. Hui⁹ fallacie tres sūt mōi. Prīm⁹ est qm̄ vna dictō eā p̄ncipalr pla significat: cuiusmōi ē equuocū a casu: ita qz nō impōit ad significandū vnū p cōpationē ad aliū: siue sit abvno auctore imposta ad significatū siue a diuers. vt eq⁹ vno significat quoddā animal. alio⁹ si illū q̄ facit iusticiā et equitatē. et fm̄ hūc mōm palogizat fictōis eq⁹ ē animal

irrationalis: iudex ē equus: & iudex ē animal
 irrationalis: quōd sic soluitur: vtraque pmissa
 sarum ē duplex. Si enī in vtraque capia
 tur equus pro illo animali: tūc maior ē
 vera: et minor falsa: et sequitur cōclusio
 falsa: et syllogismus est bonus: sed pec
 cat in materia. Si vō in vtraque capiatur
 equus p illo qui exercet iustitiam etiaz
 syllogismus est bonus: sed maior est fal
 sa. Si autē in maiori sumatur p illo ania
 li et in minori p illo qui exercet iustitiaz
 sic ambe pmissa sunt vere: sed non sequi
 tur conclusio. Tūc enī cōmittitur falla
 tia equiuocatōis ppter equiuocatōnē
 medij. vñ discursus non valet: qz ibi nō
 est vnitas medij fm rem: sed arguitur ī
 quattuor terminis. Similiter arguitur
 sic. Omnis canis currit: bellua marina ē
 canis: ergo bellua marina currit: et pōt
 solui vt pcedens. Vtraque enī pmissarū
 est duplex ex eo qz hoc nomen canis vno
 modo significat canem latrabilem: alio
 modo canem marinum vel sydus cele
 ste. Si autē vtraque pmissarū sumatur pro
 latrabili: tūc minor est falsa. Si autē
 p cane marino: maior est falsa. Si autē
 in maiori sumat p vno: et in minori pro
 alio: cōmittitur hec fallacia: et discursus
 nō valet: qz medium variatur: et sic ar
 guitur in quattuor terminis. Multa ex
 empla huiusmōdi ponūtur in textu. Et si
 arguit qz illa maior omnis canis currit nō
 est distinguenda sed simpliciter falsa: cū
 omnis distribuatur li canis p omnibus sup
 positis. Respondeo qz ly canis ibi distri
 buitur p omnibus suppositis vnus sy
 orum significatorum nō p suppositis om
 nium suorum significatorum. et causa hu
 ius est: qz terminus equiuocus nō pōt di
 stribui vnica distributōne p suppositis
 plurium significatorum: cum vnitas distri
 butionis p supponat vnitatem significa
 tionis: ideo fm qz ille terminus pōt capi
 pro diuersis significatis pōt diuersimō
 de distribui p suppositis. Unde talis p
 positio ē distinguenda. Secundus modus
 est in equiuoco a consilio seu trāsūptōne
 quod quasi idem ē. Dicitur autē equiuo

cum a consilio qz significat p lura nō eq
 primo: sed significat vnum principalitē:
 aliud vero minus principaliter ad quod
 significandum imponitur. Transump
 tio vō vt ibi sumitur est qñ dictio signi
 ficans vnū proprie transumitur ad signi
 ficandū aliud improprie ppter quandā
 similitudinē in eis repertam: vt ride
 re significat actum oris: et transumitur
 ad significandum floriditatem prati. qz
 vtrunqz est gaudiosum: vñ pōt sic argui
 Quicquid ridet habet os: pratum ridet
 ergo pratum habet os. Nō sequit: qz rī
 dere alio mō sumit in maiori: alio mō ī
 minori. vel sic: quicquid currit habet pes
 des: secana currit: ergo habet pedes. nō
 sequitur: qz maior est vera accipiēdo
 currere pro motu mori: minor vō acci
 piēdo currere p veloci fluxu aq. et sic
 mediū variat. et arguit in quattuor termi
 nis Tertius modus ē qñ compositū pla signi
 ficat: simplex vō vniciū solū. vt mortale
 significat potens mori: immortale autē
 pla significat. qz negatō pōt ferri ad pos
 se vel ad mori. Tūc primo nō tm valet.
 sicut nō potens mori: vt dō. Secūdo tm
 valet sic potens nō mori: vt Adam ī sta
 tu innocentie. et fm hanc sic paralogiza
 tur. Omne immortale ē ppetuū: omne po
 tens nō mori est immortale: ergo potens
 nō mori ē ppetuū: discursus nō valet. qz
 maior nō est vera nisi de immortalī pmo
 supro: minor autē de immortalī secūdo mō
 supro. et ideo cōmittit fallacia equocatōis
 nis ppter variationē medij. Similiter
 possz argui de hō terminō incorruptibi.
 in hō tertio mō pnt pōi paralogismi qz
 unt rōe ampliatiois terminorum: vt subiciū
 in ppōe de pterito pōt sumi p his qz sūt
 vel fuerūt: et in ppōe de futuro p his qz
 sūt vel erūt: vt si arguat: Quicumqz sa
 nabatur sanus ē: laborās seu languēs sa
 nabatur: ergo languens sanus est. nam
 illa minor languens sanabatur ē distin
 guenda eo qz iste terminus languens pōt
 supponi p his qz nūc sūt languēs deno
 tando qz iste qz nūc ē languēs sanabatur
 et tūc discursus est vniuocus: sed minor

est falsa. Vel potest supponere pro illis quod fuerunt languentes: ut denotetur quod iste qui fuit languens sanabatur: et tunc minor est vera: sed discursus non valet: quia iste terminus in conclusione sumitur pro tempore praeteriti ratione illius verbi: est: et sic non sumitur eodem modo in praemissis et in conclusione. Et ideo committitur haec fallacia secundum hanc modum. Iste fuit distinguendus: videtur fuit cecus: cecus erit videns. **Utrum** fuit impossibile: impossibile erit verum: Loquens fuit mutus: mutus loquitur: et consimiles. Et ideo penes istum modum peccat sophista posito casu quod non fueris in ytaliam: hec tu non fuisti in italia est impossibile: hec tu non fuisti in italia sit vera: igitur aliquid verum sit impossibile. Iste est evidens iste erit cecus: igitur aliquid cecus erit videns. **Sor.** viuet: sor. erit mortuus: ergo aliquid mortuus viuet. **Conclusiones** tamen sophistarum sunt distinguende: ceterum secundum quod subiectum praeteritum sunt: et tunc sunt false: et non sequuntur ex praemissis cum terminum non supponatur pro eodem tempore in praemissis et in conclusione. vel praeteritum accipi pro his qui fuerunt quantum ad conclusiones de praeterito. vel pro his qui erunt quantum ad praepositiones de futuro: et tunc sunt discursus boni et conclusiones vere. **Ad haec** propositio aliquid verum fuit impossibile est vera subiecto accepto pro eo quod fuit verum: et est falsa subiecto accepto pro eo quod verum est. et sic de similibus. **Circa** quod notandum: quod isti paralogismi praeteritum ponuntur in primo modo huius fallacie et in tertio. vnde ille paralogismus: quicumque sanabatur: et ponitur ab auctore in primo modo: a philosopho in tertio. Spectat namque ad primum modum: quia licet illa dictio laborans non significet principaliter plura cum significat: tamen eam primo praesentia tempore. In tertio autem modo potest poni quod illa dictio simplex seu per se posita non co significat plura tempora: sed est posita: seu cum alijs dictioibus posita: ut pote ipsa posita cum verbo praeteriti temporis significat tempus praesens et praeteritum. **Est** autem co significare cum principali significato aliquid imitari: ut principale significatum de laborans est labor vel langor: et ultra hoc imitat certas differentias tem-

poris secundum exigentiam verbi cui addit. **Item** notandum quod in istis paralogismis quando est equiuocatio in medio quod ponitur in vtraque praemissarum: est distinguenda vtraque praemissarum: sed quando est equiuocatio in maiori extremitate solum debet distingui maior praeposition. et conclusio in qua ponitur maior extremitas: et quando est equiuocatio in minoribus debet distingui minor cum conditione.

Amphibologia. et.

Postquam auctor determinauit de fallacia equiuocationis quod sit secundum multiplex actualis dictio hic consequenter determinat de fallacia amphibologie que sit secundum multiplex actualis oratio. **Est** autem fallacia amphibologie idoneitas deceptiva pueniens ex vnitatem orationis secundum substantiam seu materiam et secundum modum praefendi seu secundum formam diuersa significantis. **Causa** apparentie est actualis vnitatem orationis cui videtur correspondere vnum significatum. **Causa** defectus est multiplicitas significatorum: et dicitur amphibologia ab amphi quod est dubium: et bole quod est sententia: quasi dubia sententia. **Huius** fallacie ponuntur ab Aristotile tres modi consimiles modus est equiuocatio. **Primus** modus est quando oratio vna actualiter significat plura eam primo: ut liber Aristotile. vno modo idem est quod liber factus ab Aristotile: et sic iste genitiuus Aristotile. costruitur cum illo nomen liber in habitudine cause efficietis: alio modo idem est quod liber possessus ab Aristotile. et sic iste genitiuus costruitur cum habitudine possessoris: et format sic paralogismum. **Quid** quid est Aristotile. possidet ab Aristotile. iste liber est Aristotile. ergo possidet ab Aristotile. vtraque praemissarum est duplex: nam mediū scilicet ens Aristotile. potest sumi pro re facta ab Aristotile. et sic maior est falsa: et minor vera. **Alio** modo potest sumi pro re possessa ab Aristotile. et sic maior est vera et minor falsa: sic illa oratio continet tacentem dicere est distinguenda: quia tacentem potest regi a dicere a parte anteriori in ratione superpositi: et est sensus: **Contingit** quod tacens dicat aliquid. vel potest regi a dicere a parte posteriori in ratione apppositi: et est sensus: **Contingit** vis

tere aliquem esse tacentem: sic potest distingui illa. Vellem pugnantem me capere: sensus enī est q̄ vellem q̄ inimici mei caperent me: vel q̄ ego caperez inimicos meos. ¶ Et notandum q̄ multiplicitas significatoꝝ eiusdem orōis que attenditur in hac fallacia puenire debz ex pte orationis seu compositionis terminoꝝ et nō ppter multiplicatē alicuius suozum terminoꝝ absolute: qz tunc non esset amphibologia: sed equiuoca: sicut illa: canis currit ē distinguenda ratione illius termini canis. ¶ Secundus modus huius fallacie ē quādo orō significans vnum proprie transmittit ad significandum aliud ratione alicuius similitudinis ibidem repte: vt litt⁹ arare trāsumitur ad operam perdere: et paralogisatur sic: Quicquid aratur: aratro scinditur: littus aratur qm̄ inuanum laboratur: ergo littus aratro scinditur. Non sequitur: qz littus arari significat ppe terrā scindi: trāsumptiue aut opus perdit. vñ hoc solet dici inuanum laborant: tā enī ille qui littus arat q̄ ille qui inuanum laborat opus perdit: si igitur aratur sumatur ppe maior est vera et minor falsa. ¶ Tertius modus hui⁹ fallacie est qm̄ orō per se sumpta tm̄ vnuz significat: cōposita vero plura. vt ista oratio: Asini sē significat tm̄ vnū: et qm̄ additur episcopi: vt dicendo asini sunt episcopi: plura significat: qz episcopi p̄t esse nominatiui casus plis numeri: vel genitiui singularis: et sic paralogizat: Quicquid sūt episcopi sunt homines: asini sunt episcopi: ergo asini sūt homines. Si enī ep̄i sit nominatiui casus: maior ē vera et minor falsa: si aut sit genitiui casus: maior ē falsa et minor vera. Si aut in maiori sit nominatiui casus et in minori genitiui: p̄missese sunt vere: sed discursus non valet: qz arguitur in quattuor terminis: qm̄ medium nō sumit eodē mō in p̄missis. Similiter ista oratio scit falsū seu falsuz scit: qz habet vnum sensum falsum. s. q̄ falsum est sciens aut scientiam habens. sed si addatur alteri potest haberi diuer

fos sensus: vt si dicatur: sortes intelligit et falsum scit. vnde est sensus q̄ falsum habet scientiam illius q̄ sortes habz scientiam de falso. Coincidit autē hec fallacia cū equiuocatōe: vt si dicat: altus hō fuit iustus: et ille nunq̄ fecit iusticiam: hec ē distinguenda: qz hoc p̄nomē ille p̄t esse demonstratiuū: et sic poterit secunda pars esse vera aliquo demonstrato q̄ nūq̄ fecit iusticiā. vel p̄t esse relatiuū: et tunc est falsa. Est autē hic tertius mod⁹ am⁹ amphibologie qz si ista orō Ille nunq̄ fecit iusticiā ponatur p̄ se: nulla alia orō p̄cederet nō possz habere nisi vnū sensū qz hoc p̄nomē ille non possit eē nisi demonstratiuū: qz nihil p̄cederet qd̄ referret. potest etiā ibi esse prim⁹ modus equiuocationis: qz illa orō Ille nūq̄ fecit iusticiam distinguenda est eo q̄ hoc p̄nomē ille potest esse demonstratiuū vel relatiuū.

Compositio. 77.

Postq̄ auctor determinauit de fallacijs i quibus ē multiplicitas actualis: hic confessequēter determinat de illis in q̄b⁹ est multiplicitas potētiālis. s. de compōne: diuisione et accentu: licet autē accētus fiat in dictionibus: et compō in orōnibus: et dictio sit prior orōis: sicut simplex cōpositio: prius tm̄ agit de compōe: qz paralogismi facti s̄m compōem efficaciores sūt ad decipiendum: et p̄ p̄ns ad finē sophistici q̄ ē apparatus sapia. Est autē compō p̄t h̄ sumit eoz q̄ d̄nt diuidi, falsa compositio. ¶ Fallacia x̄o compōis ē idoneitas s̄m materiā q̄ ē v̄a in sensu diuiso et falsa in sensu cōposito. Cā apparēt ē materialis identitas orōis rōne cuius creditur q̄ sicut ē vera i sensu diuiso q̄ etiā sit vera i sensu composito. Causa defectus est diuersitas significatoꝝ. Et notādū q̄ orō d̄ cōposita qm̄ p̄tes posite i orōe situant s̄m situm magis sibi debitū vt si determinatio determinet illud determinabile qd̄ magis ē apta determinare verbi gr̄a in hac orōe Quicquid viuūt s̄

est: si ly semp determinet illud. Xbū est quod est copula principalis erit sens⁹ cōposit⁹: et illa ppositō erit falsa. Si vero determinet illd verbum uiuit erit sens⁹ diuisus et ppo⁹ vera: et uarietas hor⁹ sē suum patet ex diuerso mō pferendi seu diuersa punctuatoe. sic hec orō sedentē possibile ē ambulare est cōposita si dictū subiciatur p se toto: qz p dicitur scz ille modus possibile competentius refertur ad totum dictum q̄ ad eius partem cuz sit eius determinatio. Si xō dictū subiciatur p pte sui erit diuisa: uarietas etiā hui⁹ modi sensuū patet ex diuersa pōlatione eius. Si enī pferatur continue erit composita: si xō discōtinue: puta facien do punctum ad sedentē erit diuisa.

Tertius fallacie sūt duo modi qui possunt assignari conformiter i hac fallacia et in fallacia diuisionis. Primus mod⁹ est ex eo q̄ aliquid p̄t attribui alteri coniunctim uel diuisim: ut in ppoē modali dictum p̄t supponere p se toto: uel p pte sui sic paralogisādo: Quemcūq; possibile ē ambulare: possibile ē ambulare: et sic ambulet: sedentē possibile ē ambulare: ergo possibile est q̄ sedens ambulet. Ad quod sciendū q̄ minor est duplex: quia si hoc dictū sedentē ambulare sup̄dat p se toto respectu illius p̄dicati possibile est: tūc ē de dicto et est falsa. Sensus est enī q̄ idem simul pōt esse sedens et ambulans. Et dicitur de dicto: qz ptes dicti designantur adinuicem uniri: scz sedere et ambulare. Consequentia etiā est falsa hoc modo: scz q̄ sedens ambulet. Si autē illud dictū supponat p parte sui tunc est diuisa de re: et ē va: quia sens⁹ est q̄ ille q̄ nunc ē sedens habet potestatem ambulandi: et sic bene sequit̄ conclusio vera. s. possibile ē ut sedēs ambulet. Si vero minor sumatur in sensu diuiso et conclusio in sensu composito cōmittit̄ fallacia arguendo a sensu diuiso ad sensum cōpositum: et dicit̄ hmoi ppo i sensu diuiso esse de re: qz talis propō equalet duabus categoricis: ita q̄ de eadez re uel psona enunciat̄ in vna categorica esse sedens: et in alia posse ambulare:

re: ut sortes ē sedens: et sortes habz potestatem ad ambulandum: non tamē ita q̄ sit simul sedens et ambulans: sic hec potest distingui. Non scribentem possibile ē scribere: s̄m hunc modum potest distingui ista: omne animal rationale et irrationale ē homo eo q̄ pōt esse de diiuncto subiecto uel diiunctiua. Si sit d̄ diiuncto subiecto ē compositio et falsa: qz tunc denotatur q̄ omne quod ē animal rationale uel irrationale sit homo: quod falsum ē: quia om̄s asinus et om̄s bos et uniuersaliter om̄ne animal ē rationale uel irrationale: et tamen nō om̄ne animal ē homo. Si autē sit diiunctiua ē diuisa et vera: hec enī est vera: Om̄ne animal rationale est homo: uel omne animal irrationale non est homo: quia altera est vera: scz prima. **S**ecundus modus hui⁹ fallacie puenit ex eo q̄ aliqua determinatio potest ferri ad diuersa: et sic paralogizatur: Quicumq; scit litteras, nunc didicit illas: sed iste scit litteras: ergo nunc didicit illas. Ad hoc dicendum q̄ maior ē duplex: quia hec determinatio potest determinare hoc uerbum didicit et sic ē composita et falsa: et sequit̄ conclusio falsa: uel potest determinare hoc uerbum scit: et sic est diuisa et vera: non sequit̄ conclusio: qz arguitur a sensu diuiso ad sensum compositum: Sic etiam pōt distingui illa: Quicquid uiuit semper est: ut p̄dictū est: sic etiam et ista distinguenda Om̄s disputans maliciose loquit̄: qz illud aduerbium pōt determinare uerbum uel participium. Si determinet uerbum est falsa: et ē sensus compositus. quia cū aduerbium sit magis natum determinare uerbum q̄ participiū: partes illius ordinant̄ magis in situ magis sibi debito. Si autē determinet participium est diuisa et vera: hoc etiam modo potest diuidi illa: Om̄nis facies aliquid inordinate agit.

Inusio est eorum. et c.

Profallacia cōpōis q̄ sit s̄m q̄ ptes i orōe posite ordināt̄ i situ magi debito i q̄. s. d̄ xitate finōis accipiūt. uel sit au. d̄ fallā d̄mō q̄ sit s̄z si

Tractatus De fallacia diuisionis.

tum partibus orationis minus debitum
Est autē diuisionis eorum que debent com-
poni falsa separatio. ¶ Fallacia autē di-
uisionis est idoneitas decipiendi proue-
niens ex eo q̄ oratio eadem fm materiā
et differens i cōm formam plura signifi-
cat. Causa apparentie est idētitas orati-
onis cum veritate sensus compositi rati-
one cuius creditur esse vera in sensu di-
uiso. Causa defectus est diuersitas signifi-
catorū oratiōis compositi et diuise. Huius
fallacie duo sūt modi cōformes modis fal-
lacie cōpositionis. Primus modus est
fm qd̄ aliquid p̄t attribui alteri coniun-
ctim vel diuisim: puta aliqua cōiunctio
pōt coniungere terminos vel ppōnes:
vt omne animal est rationale vel irratio-
nale: et sic paralogizatur: Omne animal ē ra-
tionale vel irrationale: sed nō est animal
rationale: ergo omne animal ē irrationale.
Maior ē duplex: qz illa cōiunctio diuisi-
ctiua vel p̄t cōiungere ppōnes: et sic pro-
positio illa diuisiua ē diuisa et falsa.
Sensus enī ē q̄ omne animal est rationa-
le vel omne animal est irrationale quoz
vtrunq̄ est falsum: et ex tali maiore be-
ne sequitur conclusio falsa. Si autē con-
iunctio coniungat inter terminos: sic pro-
positio illa ē de diuiso p̄dicato compo-
sita et vera: et tūc nō sequit̄ conclusio: sed
cōmittitur hec fallacia arguendo a sensu
composito ad diuisum. ¶ Et notādū
q̄ oratio dicit̄ composita qm̄ iunctō cō-
iungit inter terminos eo q̄ cōiunctio p̄-
mo ē cōiunctiua p̄tū orōis: et sic partes
ordinātur in situ magis debito sibi: qm̄
nō coniunctio cōiungit inter ppōnes dī-
orō diuisa. qz cōiunctio nō ē p̄mo cōiuncti-
ua p̄positionū s̄ ex cōsequēti et primo.
Hoc mō p̄nt distingui iste ppōnes duo ⁊
tria sunt quinq̄. Omne animal ē sanum
vel egrum: omnis linea ē curua vel recta:
omnis numerus ē par vel impar: omnis
substantia vel est corporea vel incorpo-
rea: et consimiles: que in sensu compo-
sito sunt vere: et in diuiso sunt false. hoc
etiam modo possunt iste distingui. Se-
dentem impossibile ē ambulare: album

impossibile ē esse nigrum: ⁊ sic de alijs.
¶ Secundus modus ē ex eo q̄ aliq̄ des-
terminatio pōt referri ad diuersa: vt tu
scis tm̄ tres hoīes currere: posito q̄ sex
currant: et tu scias tm̄ de tribus. Et sic
paralogizatur: Tu scis tantum tres hoī-
mines currere: sed quicquid scitur ē ve-
rum: ergo tantum tres homines currere est
verum. maior est duplex: qz hec dictō tā-
tū p̄t determinare hoc verbum currere
et sic ē diuisa et falsa: ⁊ ex illa bñ sequit̄
cōclusio falsa. Sensus enim eius ē q̄ tu
scis q̄ tm̄ tres hoīes currūt: quod ē fal-
sum per casum positum. vel potest de-
terminare hoc verbum scis: et tūc ē compo-
sita et vera. Sensus enī ē q̄ tm̄ habes
scientiam de cursu trium hominū: et tūc
non sequitur conclusio: sed cōmittitur
hec fallacia arguendo a sensu composito
ad sensum diuisum. qd̄ patet: qz illa
ctio tm̄ in maiori determinat illud
scis: qd̄ ē copula principalis: in oratiōe
nō hoc verbum currere.

Centus est recta. ⁊c.

Hic auctor determinat de falla-
cia accentus: et primo dētē-
minat quid sit accentus: dicens:
q̄ accentus ē recta lex vel regula ad ele-
uandū vel deprimidendū syllabam vni-
us cuiusq̄ dictionis. ¶ P̄mo quo notādū
q̄ accētus pōt sumi dupliciter: vno mō
p̄ eleuatione vel depreffione syllabe.
Alio modo p̄ regula exprimentē modū
talis eleuationis vel depreffionis: ⁊ hoc
secundo modo diffinitur ab auctore. Di-
citur autē accētus de accentu as qd̄ ē iux-
ta cātare: qz talis eleuatio vel depreffio
fit in prolatōne facta circa causatum
vel quasi in cātū. In platōne nanq̄ bre-
uium vel longarum est quidā cātus cuius
vna sepe eleuetur et alia deprimat̄: et
diuiditur accentus in acutum: grauem:
et circumflexum. Accentus acutus fit p̄
syllabe eleuationem. et dicitur acutus:
qz sicut corpus acutum mouet tactus fa-
ciliter pungendo sic talis accētus pene-
trat auditus syllas eleuādo: accētus gra-
uis fit p̄ syllabe depreffionē q̄ dī grauis ad

similitudinem corporis grauis q̄ tēdit de
orsu: circūflexus partium deprimit: et p̄
tūm eleuat. Consideratur quoq̄ accētus
a grāmatico et logico alr et alr. A gram
matico siquidem vt ē accētus syllē dicti
onis. A logico autē inquantū ad variati
onem accentus sequitur variatio signifi
cationis. Fallacia accentus ē idoneitas
deciptendi pueniens ex multiplicitate
dictōis eiusdem fm materiā: et diuerse
fm modum pferendi. Causa apparetie
est materialis vnitas dictōis ratione cu
ius videtur tm̄ habere vnum significatū
Causa defectus ē diuersitas significato
rum fm diuersos modos pferendi illi
dictōnis. ¶ Huius autē fallacie sūt duo
modi. Primus modus puenit ex eo q̄
aliq̄ dictio pōt regi diuerso accentu: et
fm hūc modum sic paralogisatur: Om
nis ara est in templo: stabulum porcorū
est ara: ergo stabulū porcorū ē i templo.
¶ Atq̄ pmissarum ē duplex: qz hec di
ctio ara quādo habet primā breuē signi
ficat stabulū porcorū: et qñ habet primā
longam significat altare: iuxta illū X̄sū:
Est ara porcorū: simul est t̄ ara deorum.
Si igitur illa dictio in pmissis sumatur
p stabulo porcorū: tūc maior est falsa: et
sic bene sequit̄ conclusio falsa. Si autē
in maiori sumatur p vno: et in minori p
reliquo: tūc pmissis sunt bene vere: sed n̄
sequitur conclusio: qz medium variatur
et cōmittitur hec fallacia. fm etiā hunc
modum sic paralogisatur: Quicq̄d ha
matur: hamo capitur: vinū amatur: ḡ vi
num hamo capitur: soluitur vt pcedēs.
¶ Illa enī dictio amo aliō significat sine a
spiratōne: et aliō cū aspiratōne: Ham si
ne aspiratōe significat diligere: cū aspi
ratōne autē p̄fices cum clauo curuo cape
¶ Variatio autē aspiratōis facit varietatez
accētus: qz syllā cum aspiratōne plata
magis eleuatur: cū ibi sit maior spiritus
emissio: sed sine aspiratōne plata magis
deprimitur. Scdm̄ etiā hūc modum po
test diuidi illa propositio: Justos viros
oportet pendere: Illa enī dictio p̄ scri
bi p e vel p a: Si scribitur per e: tūc aut

habet mediam longam: et sic ē infiniti
uus huius X̄bi pendo pendes: et tunc
significat penam pati siue suspendi. aut
habet mediam breuem: et sic est infiniti
uus huius X̄bi pendo pendis: et tunc si
gnificat penā inferre seu suspēdere. Si
X̄o scribatur p a: tunc est infinitiuus hu
ius verbi pando pādis: et significat ma
nifestare. Secundus mod⁹ puenit ex eo
q̄ aliq̄d p̄t esse dictio vel orō: vt b: tu es
qui es: et quies est req̄es: ergo tu es req̄
es. ¶ Atq̄ pmissarū est duplex: qz quies
pōt esse vna dictio vel plura: et fm hoc
habet diuersa significata: fm hūc etiam
est distinguenda Deus nihil facit inui
te: qz si inuite sit vna dictio: tūc ē vera.
Sensus enī ē q̄ d̄s nihil facit coactus.
¶ Ille enī dicitur inuitus aliquid agere q̄
aliq̄d agit illud vitare non valens. Si
autē in vite sunt due dictōes: tūc ē falsa.
cum deus pducatur vinum in vite. Similr
est hic distinguēda: Metuo longas no
ctes perenute lidia dormis. Metuo nam
q̄ potest esse vna dictio: et tunc signifi
cat idem q̄ timeo. Unde sens⁹ ē: Lidia
tu dormis: et ego metuo. i. timeo lōgas
noctes. vel sūt ibi due dictiones. s. me et
tuo: et ē sensus Lidia tu dormis lōgas
noctes me sponso tuo pereunte. v̄ sunt
ibi tres dictiones. s. me. et tu. et. o. et est
sensus O lidia tu dormis lōgas noctes
me pereunte.

Fallacia figure dictōis.

¶ Hic consequenter deter
minat aucto: de fallacia figu
re dictōis q̄ peccat fm mult^{is}
plex fantasticum seu apparens et nō exi
stens: vt dictum est in precedēti. Pro
culus declaratōne describit figurā p̄pe
dictam dicēs q̄ figura ē q̄ termino v̄ ter
minis clauditur: termino: vt circulus q̄
clauditur tribus lineis. ¶ Circa qd̄ no
tandū q̄ figura vno modo sumit̄ p sup
ficie terminata linealiter: et sic sumit̄ur
in proposito: et pertinet ad genus quātū
tatis: alio mō p ipā terminatione v̄ di
spositione q̄ntitat̄: et sic p̄tinet ad quar

Tractatus De fallacia figure dictionis.

tam speciem qualitatis: fm aut confor-
mitatem ad figuram ppe dictam que e
in rebus sumitur figura in dictionibus.
Sicut nanq; illud quod fit ad figurā al-
terius assimilatur ei fm apparentem su-
pficiem: sic fallacia figure dictōis ē ido-
neitas deceptiēdi pueniens ex apparen-
ti similitudine dictōis cum dictione sibi
in voce aut significatōe aut modo signi-
ficandi. *Causa* apparentie huius falla-
cie ē ptialis similitudo dictōis cum di-
ctione. *Causa* defectus est diuersitas ea-
rum seu similitudo per quod possūt ge-
neraliter solui sōphismata que sūt fm
hanc fallaciam ostēdendo scz aliquā di-
uersitatem inter significata vlnodos si-
gnificandi & accūa dictionū. Et ideo li-
cet aliq; modus arguēdi teneat in aliq;
bus dictionibus: nō tamen sequitur q; va-
leat in alijs q̄ vidētur eis similes ppter
huiusmodi diuersitatez. Huius fallacie
assignatur a p̄ho tres mōi quos recitat
auctor in fine huius capituli. Primus
modus ē qm masculinum interpretatur fe-
mininū: id ē ponitur vel accipit ac si de-
esset femininum vel neutrū: et sic pōt di-
ci de alijs dictionibus grāmaticalibus
Vñ hec fallacia sepe ducit ad soleocis-
mū: et hoc puenit aliqñ ex simili termi-
natione dictionum: vt si arguat: omnis
substantia ē bona: patriarcha ē substā-
tia: ergo patriarcha est bona: non sequit-
tur: qz patriarcha ē masculini generis &
ponitur ac si esset feminini generis: sed
bene sequeretur si loco huius nomis pa-
triarcha poneretur petra: vel aliud no-
men feminini generis. vñ bñ sequitur:
Om̄is substantia est bona: petra ē sub-
stantia: ergo petra ē bona. Vñ licet sit si-
milis terminatio hoz terminoz petra &
patriarcha nō tamē idē modus arguen-
di ratione diuersitatis generis ipsozum.
Potest etiā paralogizari fm hunc mo-
dum vbi non est similis terminatio dicti-
onum sic: omnis subia ē bona: lapis ē sb-
stantia: ergo lapis ē bona. hic ē appen-
tia non ex simili terminatōe dictionum:
sed quia lapis et petra sūt idē: sed nō se-

quitur: qz licet in his sit pueniētia signi-
ficatōis nō tamē generis. Secūd⁹ mo-
dus ē qm vnū pdicatū mutat in aliū seu
ponit p alio: vel spēs vnus pdicamēti
p alia spēs vt q̄cqd heri emisti hodie cōe
disti: crudū heri emisti: ergo hodie cru-
dū comedisti. Non sequitur: qz quicqd
significat rem suā p moduz substantie: et
crudū dicit rem suam & moduz qualita-
tis: et sic pceditur a re vnus p̄nti ad rē
alterius sumēdo qualitatē sub distribu-
tuo substantie. Unde iste mod⁹ sepe ac-
cipitur qm sub distributio alicuius ge-
neris sumitur aliqd ad aliud genus p̄ti-
ens: sicut quantumcūq; distributiuum
quantitatis cōtinue et quotiens discre-
te. quēdoq; xō ē p̄nti quādo: et vbi cūq;
qz p̄nti vbi. Sic qualecūq; ē distributū
qualitatis: et sic de alitatē sub distribu-
tū sūt nomina imposita. Itē h ē figura di-
ctionis Do tibi solū denariū: sed solum
denarium nō habeo: ergo do tibi quod
non habeo. nō sequitur: hic enī pcedit
a relatione ad substantiam: cum solū di-
cat relationem. Solū nāq; idē est q; nō
cū alio fm Aristo. 2. elencho. Alius au-
tē dicit relationem. Illa autē dictio qd dicit
subaz. Similit̄ hic: Aliq; dat cito equū
sed nō habet cito equū: ergo dat qd non
habet. Soluit vt pcedēs: qz pcedit a q̄-
litate ad subam. Cito enī dicit modum
actus siue qualitatem et quod substantis-
am. Talis igit̄ n̄ dat quod non habet:
sed quod habet. alio tamē mō seu vt nō
habet. Similit̄ h. Quāto scūq; digitos
heri habuisti: hodie habes: sed heri des-
cem habuisti: ergo hodie habes. P̄posi-
to casu q; vnū amiserit. Itē sequitur: qz
hec dictio quantos cūq; dicit quantita-
tem continuam: hec vero dictio decē di-
cit quantitatem discretam: & sic procedi-
tur a specie vnus pdicamenti ad alte-
ram speciem eiusdem. Tertius modus
est quando quale quid interpretatur hō
aliquid: id est quando nomen cōmune
ponitur ac si esset singulare: & econuer-
so: et in hoc sepe variatur suppositio: vt
si arguatur homo est species: ergo aliq;

homo est species: non sequit. Mutatur enim quale quod in hoc aliquid: et proceditur a simplici supposito ad personale: homo enim in ante supponit simpliciter pro natura communi. In consequente vero personaliter pro aliquo supposito illi nature. similiter hic: omnis homo animal in antecedente supponit confuse tantum immobiliter: in consequente vero supponit determinate pro aliquo supposito: et mutatur quale quid in hoc aliquid. Apparet autem quod tales parallogismi concludant eo quod quale quid: et homo aliquid videtur idem significare: tamen non concludunt: quod propter similem significationem duarum dictionum non sequit convenientiam earum in quolibet modo significandi. ¶ Et notandum quod non omnis variatio suppositiois causat fallaciam figure dictionis: tunc enim in demonstratōe potissima esset figura dictionis: sed tunc quando maxime fit hec fallacia quando arguitur a trino extante confuse tamen vel simpliciter ad eundem stantem determinate: quod est verum dummodo nulla sit variatio sine cathegrematis in antecedente positi. Unde hec non est figura dictionis: omnis homo est animal: ergo animal est homo. licet animal in ante supponeret confuse tamen et in consequente determinate: et hoc propter variationem illius signi omnis quod ponit in ante et non in consequente. Item notandum quod isti modi diversimode a diversis assignantur: sed de hoc parum est curandum. Non enim inconueniens est eundem parallogismum in diversis modis et in fallacijs assignari finem varias causas apparentie eiusdem: ut iste parallogismus homo est species: sortis homo: ergo sortis est species: pertinet ad hanc fallaciam in quantum est ibi causa apparentie ex similitudine dictionum. Spectat vero ad fallaciam accidentis in quantum ex identitate terminorum in tertio videtur esse identitas eorum inter se.

De fallacia accidentis

Accidens est. rē.

Postquam auctor determinauit de fallacijs in dictione que habent causam apparentie a parte vocis: hic consequenter determinat de fallacijs extra dictionem in quibus sumit causa apparentie a parte rei significate pro voce. Prius autem determinauit de fallacijs in dictione que extra dictionem: quod licet ordine nature res procedant dictiones: tamen non ingrediuntur disputatōes vocales nisi mediantibus dictionibus. Fallacie extra dictionem sunt septem: scilicet accidentis finem quid ad simpliciter: ignorantia elenchi: petitio principij: consequens non causa: plures interrogationes ut vna. Et primo agitur de fallacia accidentis que inter ceteras est valde efficax ad decipiendum. Per has enim non solum decipiuntur simplices sed etiam sapientes. ¶ Circa quod notandum quod accens non sumit hic putatur est vniuersum de quocumque predicabilibus: sed sumit prout est idem quod extraneum: quod scilicet in parte est idem cum aliquid: et in parte diuersum ab eorum sic omne predicabile de aliquo a quo est aliquid modo distinctum potest dici accens: et illud de quo predicatur dicitur res subiecta: et hoc modo non tamen inferiora accidunt superioribus sed etiam superiora inferioribus: licet sint de essentia inferiorum in quantum stant sub aliquo tertio attributo: quod repugnat inferioribus. Sic enim homo accidit forti cum quo est in parte idem putatur sumit pro suppositis: ut dicendo sortes est homo: et est in parte diuersum putatur sumit pro natura vniuersali cui attribuitur ista intentio species cuius est fundamentum: ut dicendo homo est species que in tertio repugnat inferioribus. ¶ Fallacia accens est idem deitas decipiendi pueniens ex partiali identitate accens cum re subiecta. Cuius apparentie est convenientia finem parte aliquorum duorum adinuicem: vel in aliquo tertio. Causa falsitatis est diuersitas eorum deitas. Sit hec fallacia finem Aristoteli. quando idem similiter fuerit assignatum in esse rei subiecte et accidenti: ut homo est species: sortes est homo ergo sortes est species. Hoc medium scilicet homo est accens: minor extremitas scilicet sortes est res

Tractatus De fallacia accidentis.

subiecta: maior. Non extremitas sed species est attributum: quod imponitur sibi inesse sicut inest homini. Secundum vero auctorem assignantur tres modi huius fallacie: primus modus est quasi aliquid attribuitur primo accipi in premissis: et postea attribuitur rei subiecte in conclusione: ut in exemplo prescripto. Item sic palogizatur: Socrates est individuus: homo est species: ergo homo est individuus. Non sequitur: quia non oportet quod quicquid inest accidenti a parte qua differt a re subiecta inest rei subiecte: sicut nec oportet quod omne quod inest predicato inest subiecto: et ideo licet intentio individui inest sortis: non tamen inest homini. Sicut omne esse est naturale: statua est esse: ergo statua est naturalis: non sequitur ut dicitur. Nullum enim artificiale est naturale. Vnde medium si tenet vniuersimiliter in premissis. Item sic Logosco coruscus: coruscus est veniens: ergo cognosco veniens: non sequitur licet cognosco cognoscat a me: non tamen sub illo attributo quod est venire. Secundus modus huius fallacie puenit ex partiali identitate aliquorum duorum in aliquo tertio: ut fortis est homo: plato est homo: ergo fortis est plato. Item homo est animal: equus est animal: ergo homo est equus. Sed non sequitur: si aliqui duo partialiter conueniant in aliquo tertio quod sunt simpliciter eadem inter se. Et si arguatur per aliam regulam: Quicumque vniuersum eidem sunt eadem inter se sunt eadem per quam tenet forma syllogismi perfecti. Respondet enim aquilinus doctorum Seco. 2. disti. 8. sen. quod illa regula intelligitur quod illa que sunt eadem vniuersum eidem sunt eadem inter se illa identitate que sunt eadem in tertio. Si autem inferatur quod sunt simpliciter eadem inter se committitur hec fallacia: intelligitur secundum guilielmum Ocham: Quando extrema vniuersum in tertio vniuersaliter sumpto. Tertius modus provenit quando ex aliquibus diuisim sumptis inferatur aliquod coniunctum: ut iste est albus et monachus: ergo est albus monachus. Non sequitur: quia in antecedente denotatur albedo inesse isti secundum se: et in consequente secundum suum habitum. Similiter iste casus patet: et est tuus: ergo est tuus patet.

Non valet consequentia. quia tuus in antecedente dicitur rem possessam: et in consequente inferatur pro re generante. Vnde licet predicta conueniant in aliquo tertio secundum partem: tamen secundum partem differunt. Non obseruatur etiam hinc forma syllogistica: quia medium ponitur in conclusione: et extremitates ponuntur a parte eiusdem extremi. Et si arguatur quod a diuisis ad coniuncta est bona consequentia ex secundo pyrrhonicis. Respondet deo quod illa regula est vera: dum tamen non predicentur aliqua sibi inuicem repugnancia: sed vnum sit potentiale respectu alterius. Non valet etiam consequentia: quando eorum que predicantur vltimum includitur in primo: ut iste est homo: et est animal: ergo est homo animal: Non sequitur. quia animal intelligitur in homine ex coniunctis etiam non licet inferre diuisa quando vnum est in subiecto per alterum et non per se. Unde non sequitur Iste est albus monachus: ergo est albus. et est monachus: quia albedo non inest tali subiecto secundum se sed ratione habitus. Non sequitur etiam: Iste est bonus faber: ergo est bonus: et est faber. quia bonitas non inest subiecto secundum se: sed secundum artificium. Item ex coniunctis non licet inferre diuisa quando vnum diminuitur a ratione alterius: ut iste est homo mortuus: ergo est homo: sed est ibi fallacia a secundum quid ad simpliciter. In alijs vero exemplis est fallacia accidentis. Posset etiam iste tertius modus reduci ad secundum: ponitur tamen ad maiorem expressionem. Et notandum quod parallogismi huius fallacie in pluribus possunt solui ostendendo quod non debite disponuntur premissae. In modo et in figura secundum regulas syllogismorum: ut dicit Ocham: Peccat enim secundum Scotum: ubi si propter deest identitatis medij in se: seu per comparationem ad extrema que in ipso vniuersum.

Equitur de fallacia a secundum quid ad simpliciter.

Ad cuius euidentiam notandū qd sic dictum ē in loco a toto in modo ad suaz prem triplex ē determinatio: Quedam est distrabens in qua sez ē oppositio in adiecto: qz determinatio addita repugnat suo determinabili: vt mortuus: hō enim mortuus non ē homo. Alia ē determinatio que partim diminuit de ratōe illius cui adiungit: licet ei si repugnet: vt opinabile. Alia ē determinatio tm̄ contrahens: vt album respectu hominis dictus: ergo simpliciter dicitur dictum sumptu sine addito: id est sine determinatione. Et intelligitur in pposito de determinatione diminuite vel distrabente. Dcū aut fm̄ quid est dictū sumptū cū tali determinatione arguendo igitur a dcō sup̄ to cū determinatione diminuite vel distrabente ad dictum simplex: et cōuerso fit hęc fallacia. Quādo aut ē determinatio tm̄ cōtrahens non ē locus sophistice sed dialecticus a pte in modo ad suū totum. **E**st ergo fallacia a fm̄ quid ad simpliciter idoneitas decipiēdi pueniens ex apparenti idoneitate dicti cōm̄ quid ad dictum simpliciter. Causa apparentie est conueniētia dicti fm̄ qd ad dictum simpliciter. Causa falsitatis ē diuersitas eozundem. Huius fallacie pōit auctor hīc quinqz modos. Primus ē arguēdo fm̄ determinationem distrabentem vel diminuentem rationē totius: vt iste est homo mortuus: ergo ē homo: qz mortuum distrabit rōem hominis. Similiter chimera est opinabilis: ergo chimera ē non sequitur: qz opinabile diminuit de esse chimere. Secundus modus fit fm̄ determinationem denominatē prem̄ integram: et hoc ē vgrū quādo ad determinationem ptis nō sequit̄ denominatio totius: vt ethyops est albus fm̄ dentes: ergo ē albus: licet em̄ homo habeat dentes albos: nō ppter hoc dicitur alb⁹. Quādo hō determinatio habet partes copis sibi determinatas: seu ad ei⁹ determinationem: sequitur denominatio totus nō cōmittitur hec fallacia. **U**n̄ bñ sequit̄ iste ē albus fm̄ om̄es vl̄ maiores

ptes corporis apparētes: ergo est albus. Iste ē finus scdm̄ nasum: ergo ē finus. Tertius modus fit arguendo cum de terminatione respectiua ad aliquid ex a trinfecum: vt diuitie nō sunt bone male vtenti: ergo non sunt bone in se. Quartus modus fit arguendo cū determinatiōne fm̄ locum: vt bonū ē mactare prem̄ interuallis: ergo bonū est mactare prem̄. Quintus modus fit arguendo cū determinatione fm̄ tempus: vt bonū ē ieiunare in quadragesima: ergo bonū ē ieiunare. Om̄es isti syllogismi possunt solui negando consequentiam: qz ex dicto fm̄ quid non sequitur dictum simpliciter. Cōmittitur etiā hec fallacia arguendo a dicto simpliciter ad dictum fm̄ quid: cum sit eadem causa apparēti vtrobiqz: vt ē homo: ergo ē homo mortuus: nō sequitur: vt patet ex pcedentibus.

Lechus est syllogis⁹.

Postq̄ auctor determinauit de fallacia ad fm̄ quid ad simpliciter: hīc agit consequenter de fallacia ignozante elenchi. Circa qd̄ p̄mittit qd̄ sit elenchus: dicens qd̄ elenchus ē syllogismus p̄tadictionis vni⁹ et eiusdē nō nomis tm̄: nec rei tm̄: s; rei et nominis: nō synonymi sed eiusdem ex his que data sūt de necesse nō cōnumerato qd̄ erat in principio ad vniuersale fm̄ idem: similiter et in eodē tempore. Ubi sciendum qd̄ elenchus dicitur syllogismus cōtradictionis: id ē syllogismus concludens cōtradictorium positioni respondentis. Et ponitur syllogismus tanq̄ genus et contradictionis sicut dicitur: et hoc ad dñiam syllogismi non cōtradictoris positioni respondentis. Unde ex syllogismo et contradictione q̄st̄ ex materiali et formali constituitur elenchus: et ponitur vnius et eiusdem sez subiecti et pdicati nō nominis tantū: nec rei tm̄ sed rei et nominis simul: non synonymi: que p̄tente ponuntur ratione et syllogismi et contradictionis: tam em̄ ad syllogismum q̄ ad contradictionē exigit̄: qd̄ nomē sit vnum et res vna: et qz nomen

non sit synonymum. Dicuntur autem nomina synonyma: que significant eandem rem secundum diversas eius proprietates. Unde non est hic contradictio. Marcus currit: tullius non currit: cum non sit ibi evidens affirmatio et negatio eiusdem de eodem: nec huiusmodi canis est latrabilis: quidam canis non est latrabilis ratione equivocacionis illius nominis canis. Per predicta remouentur fallacie in diuisione: inde non sunt verus elenchus: sed tantum apparens: et ponitur ex his que data sunt de necessitate ratione syllogismi in quo debet esse necessaria illatio conclusionis ex premissis per quod remouentur a vero elencho paralogismi fallacie accidentis et ceteri in quibus non est necessaria consequentia ratione etiam syllogismi in quo premissa debent differre a conclusione: et esse notiores ipsa: ponitur vero non connumerato quod erat in principio: per quod remouetur petitio principij ubi idem predicatur per seipsum. Alie autem pericule ponuntur in diffinitione elenchi ratione contradictionis: sed ad idem: secundum idem similiter et in eodem tempore. Insuper notandum quod ignorantia elenchi potest capi dupliciter: uno modo generaliter per ignorantiam cuiuscumque pericule diffinitionis elenchi: et sic fallacia ignorantie elenchi est communis ad omnes fallacias. Alio modo specialiter per ignorantiam alicuius que tuor dictionum que ponuntur in diffinitione elenchi: quia sunt formaliores quam alie que ponuntur in diffinitione elenchi ratione contradictionis que est formale. Non capit in hac fallacia ex ignorantia illius pericule contradictionis que est affirmatio et negatio eiusdem de eodem: quia ad hanc fallaciam requiritur quod sit apparens contradictio. Si autem illa conditio deesset: non esset apparens contradictio cum ipsa requiratur tam ad contradictionem veram quam apparentem. Est ergo fallacia ignorantie elenchi idoneitas decipiendi: pueniens ex apparenti idoneitate contradictionis incomplete ad contradictionem completam. Causa apparentie est puenientia apparentis contradictionis ad veram con-

